Sed o dñe quō ꝙperim⁹ q̄n hec facis ⁊ q̄n signū aduentus tui. Nunq̄d hui⁹ consolationis ⁊ leticie testes ⁊ nūcij sunt suspiria ⁊ lachrym̄e. Si ita est nouа est antifrasis ista ⁊ significatio iusitata. Que. n. ꝙnētio ꝙsolatōis ad suspiria. leticie ad lachrym̄as: si tn̄ iste dicende sunt lachrym̄e: ⁊ nō pot⁹ roris iteriozis desup infusi supfluēs abundātia ⁊ ad interiozis ablutōis indicium exteriozis hois purgamentū. Ut sic in baptismo pueroz ꝓ exteriozē ablutionē significat ⁊ figurat interior aie ablutio ita h̄ eȝ exteriozē ablutionē interior precedit purgatio. O felices lachrym̄e ꝓ q̄s macule interiores purgant ꝓ q̄s petroz incēdia extinguunt. Bti q̄ sic lugeȝ qz ridebitis. in his lachrym̄is agnosce o aīa sponsum tuū: amplectere desideratū. Hūc torrente te voluptatis inebria: sugge ab vbere consolationis ei⁹ lac ⁊ mel. Hec sunt mirāda munuscula ⁊ solacia q̄ dedit tibi sponsus tu⁹ gemit⁹. s. ⁊ lachrym̄e. Adducit tibi potum i his lachrym̄is i mēsura. He lachrym̄e sūt tibi panes die ac nocte: panes vtiq̄ ꝙfirmātes cor hois ⁊ dulciores sup mel ⁊ fauū. O dñe iesu xp̄e si adeo sunt dulces iste lachrym̄e q̄ ex mēoria et desiderio tui excitant q̄ dulce erit gaudiū q̄ ex manifesta tui visiōe capiet si adeo dulce est flere ꝓ te q̄ dulce erit gaudere de te. Sz q̄d huiusmodi secreta colloq̄a. pferim⁹ i publicū Cur messabiles ⁊ inenarrabiles affectus ꝙbis cōib⁹ conamur exp̄mere. Inexpti talia nō intelligūt: nisi ea exp̄ssius legūt in libro expientie: q̄s ipa docet vnctio. Aliter aūt lr̄a exterior nō p̄dest q̄cq̄ legēti. Hoc dicū sapida est lectio exteriozis lr̄e nisi glosam ⁊ interiozē sensum sumat ex cozde.

Quō remanet aīa spūssancti feruoze descendente.

O aīa diu ꝓtraxim⁹ sermonē. Bonuz em̄ erat nos hic esse cū petro ⁊ iohe ꝙtemplari gr̄iam sponsi: ⁊ diu manere cum illo. Si vellet hic fieri nō duo non tria tabernacula: sed vnū in q̄ essem⁹ simul: ⁊ simul

delectaremur. Sz iam dicit ſpōſus. dimit te me. iam em̄ aſcendit aurora. iam lumen gr̄e z viſitationē quā deſiderabas accepiſti. Data g̃ bñdictōe mortificato nervo fe moris z mutato nōie de iacob in iſrl̄: pau liſper ſecedit ſpōſus diu deſiderat⁹ cito ela pſus. Subtrahit ſe tā a p̄dicta viſiōe q̄ a dulcedine ꝛ templatiōis: manet tm̄ pūs q̄ tum ad gubernationem.

¶ Hic reddit cauſa quare ſpūſſancti feruor animam aliquantū deſerit.

Sed ne timeas o ſponſa ne deſperes ne exiſtimes te ꝛtemni: ſi pauliſp tibi ſubtra hit ſpōſus faciem ſuā. oīa iſta cōparantur tibi in bonū z de acceſſu z receſſu lucꝫ acq̄ ris. tibi venit tibi z recedit. venit ad cōſo lationem. recedit ad cautelā ne magnitu do ꝛſolationis extollat te ne ſi ſp apud te ſit ſponſus inciptas cōtemnere ſodales. et hanc continuā viſitationem non tā gr̄e at tribuas ſz nature. Hāc aūt gr̄am cui vult z qñ vult ſponſus attribuit. nō q̄ſi iure he reditario poſſidet. Vulgare puerbium eſt qō nimia familiarita ſ parit ꝛtemptū. Re cedit g̃ ne forte nimis aſſidu⁹ cōtemnatur z abſens mag⁹ deſideret: deſiderat⁹ auridi us q̄ratur: diu q̄ſitus tandē grati⁹ inueni atur. Preterea ſi nunc̄ deeſſet h ꝛſolatio q̄ reſpectu future gl̄ie. q̄ revelabit in nobis enigma eſt. z et gr̄e putarem⁹ forte hic hr̄e ciuitatem manentes et min⁹ inq̄reremus futurā. Ne g̃ exiliū deputem⁹ pro patria. arram p̄ preci ſūma. venit ſponſus z rece dit viciſſim. nunc cōſolationē afferēs. nūc vniuerſum ſtatū nr̄m i infirmitatē cōmu tans. pauliſp nos p̄mittit guſtare q̄ ſua uis eſt. z antec̄ plene ſentiamus ſe ſubtra hit z ita q̄ſi alis expanſis ſup̄ nos volitāſ ꝓuocat nos ad volandu: q̄ſi dicat. Ecce pax guſtaſt⁹ q̄ ſuauis ſum z dulc⁹. ſz ſi vul tis plene ſaturari hac dulcedie. currite p⁹ me in odorē vnguentoꝝ meoꝝ hñtes ſur ſum corda: vbi ego ſum in dextera dei pa tris. ibi videbit⁹ me nō p ſpeculū in enig mate ſz facie ad faciem. et plene gaudebit cor vr̄m: z gaudiū vr̄m nemo tollet a vob

¶ Cura z diligētia aie ne oīno a deo dele ratur.

¶ Sed caute tibi o ſponſa q̄n abſentat ſe ſponſus nō lōge abibit z ſi nō vides eum ip̄e tm̄ videt te ſp plen⁹ oculꝫ añ z retro nun q̄ potes eū latere. Hz etiā circa te nūcios ſuos ſpūs q̄ſi ſagaciſſimos exploratores: vt videant quō abſente ſponſo ꝙuerſeris: z accuſent te cor̄ ipo. ſi aliq̄ ſtīg laſciue et ſcurrilitat⁹ in te deprehenderint Zelotip⁹ eſt ſponſus iſte. ſi forte aliū amatorē rece peris. ſi alys mag⁹ placere ſtuduer⁹. ſtatim diſcedet a te z alys adherebit ad oleſcētul delicatus eſt ſpōſus iſte nobilis z dives ē. ſpecioſus forma p̄ filiys hoīm. z ideo non niſi ſpecioſam dignat hr̄e ſpōſam. Si vi derit in te maculā ſiue rugā ſtatim auer tit oculos. Nullā em̄ imunditiā pt̄ ſuſtine re. Eſto g̃ caſta. eſto ꝓcunda z hūilis: vt ſic a ſpōſo tuo mereaꝝ frequenter viſitari. Timeo ne diuti⁹ detinuerit nos fmo iſte. ſz ad hec ꝓpulit me materia fertilis parit z dulcis quā ego nō ꝓtrahebam ſpōtane⁹ ſed neſcio q̄ ei⁹ dulcedie trahebar iuitus.

¶ Officia z effect⁹ ſinguloꝝ gradu⁹ per repetitionem:

¶ Vt g̃ que diffuſius dicta ſunt ſil'iuncta meli⁹ videant. p̄dictoꝝ ſummā recapitu lando colligam⁹. Sicut in p̄dict⁹ exēplis p̄notatū eſt videri pōt: quō p̄dicti gradus choereāt z ſicut paliter z cauſalit ſe prece dant lectio em̄ q̄ſi fundamētū p̄mo occur rit. z data materia mittit nos ad medita tionem. meditatio ꝓo ad apprehendum ſit diligenti⁹ inq̄rit. z q̄ſi effodiens theſaurū inuenit z oſtēdit. Sz cū p ſe obtinere non valeat: mittit nos ad oīonem. Oīo ſe ro tis viribꝫ erigēs ad dñm impetrat theſau rum deſiderabilē ꝛtemplatōis ſuauitatē. hec aūt aduenies p̄dictoꝝ triū laboꝝ re munerat: dū celeſtis roꝛe dulcedinis aiam ſitientē inebriat. Lectio g̃ eſt fm exterius exercitiū. Meditatio fm interiorē intelle ctum. oīo fm deſideriuz. cōtemplatio ſup oēm ſenſum. Prim⁹ gradus eſt incipiētiū Secūdus eſt proficientiū. Terti⁹ eſt deuoto rum. Quartus beatoruz. Hi aūt gradus ita concatenati ſunt z vicaria ope ſibi mu tuicē deſeruiūt. q̄ p̄cedentes ſine ſubſequē tibus aut paꝝ aut nihil pſint. Sequētes ꝓo ſine p̄cedentibꝫ aut raro aut nunq̄ ha beri p̄nt. Quid em̄ p̄deſt lectōe continua temp⁹ occupare: ſectōꝝ geſta z ſcīpta legēdo tranſcurrere: niſi ea etiā maſticādo z rumi

ndo succū elciamus et transglutiendo vsq; ad cordis intima transmittam⁹ vt ex his diligenter ꝓsiderem⁹ statū nr̄m ⁊ studeam⁹ eoꝝ opa agere quoꝝ facta cupim⁹ lectitare. Sz quō hec cogitabim⁹ aut quō cauere poterimus: ne falsa aut inania q̄dā meditando limites a sanctoꝝ patrib⁹ cōstitutos transeam⁹: nisi prius circa hm̄oi añ ex lectiōe: aut ex auditu fuerim⁹ instructi. Audit⁹ em̄ quodāmō ptinet ad lectionez Vñ solem⁹ dicere nō solū libros ipos nos legisse: quos nobiscipis vel alij legim⁹. sz illos quos a mgr̄is audiuim⁹. Jtē q̄d ꝓdest hoi si p meditationē q̄ agēda sunt videat: nisi orōnis auxilio ⁊ dei gr̄a ad ea obtinenda ꝙualescat. Omne siq̄dem datum optimū ⁊ omne donū pfectū desursum est descendens a pre luminū sine q̄ nihil possumus facere: sz ipe in nob facit opa: nō tn̄ oino sine nob. Cooperatores em̄ dei sum⁹ sicut dicit apl̄us. Vult siquidē de⁹ vt eū adiuuem⁹: ⁊ vt ei aduenienti ⁊ pstolanti ad ostiū apiam⁹ sinū voluntatis nr̄e ⁊ ei cōsentiam⁹ hūc consensum exigebat a samaritana q̄ dicebat voca virū tuū. cū si diceret. Volo tibi infundere gr̄am. tu applica libet arbitriū. Orōnez exigebat ab ea cuz dicebat. Tu si scires donuz dei: ⁊ q̄s est q̄ dicit tibi. da mihi bibere: forsitan petysses ab eo aquā viuā. Hoc audito q̄si ex lectōe mulier instructa meditata est in cordesuo bonū sibi fore ⁊ vtile hr̄e hāc aquā. Accensa g̃ habendi desiderio conuertit se ad orōnem dicēs. Dñe da mihi hāc aquaz vt nō sitiā ampli⁹ neq; veniā huc haurire aquā Ecce aduentus ꝑbi dñi ⁊ sequēs sup eo meditatio incitauerūt eam ad orandū. Quō nanq; esset sollicita ad postulandum: nisi ꝓius eam accendisset meditatio. Aut quid et p̄cedens meditatio contulisset: nisi que apperenda monstrabat: sequens orō impetrasset. Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio: oportet vt sequat orōis deuotio: cuius quasi effect⁹ est ꝓtemplatiōis dulcedo.

Hic ostendunt omes hi gradus ita esse simul iunctι vt sint inseparabiles. Ex his possumus colligere q̄ lectio sine meditatione arida est. Meditatio sine lectiōe erronea. Oratio sine meditatiōe est tepida. Meditatio sine orōne infructuosa. Orō cum deuotione cōtemplatōis acquisitiua. Cōtemplationis adeptio sine orōne aut rara aut miraculosa. Deus in cuius potētie non est numerus vel terminus. ⁊ cuius misericordia sup omia opa eius quādoq; ex lapidibus suscitat filios abrae dum duros: ⁊ nolentes acquiescere cogit vt velint ⁊ ita quasi ꝓdigus vt vulgo dici solet. bouem cū cornu trahit q̄ nō vocat⁹ se infundit. Q̄ō etsi q̄ aliquib⁹ legim⁹ contigisse vt paulo: ⁊ quibusdā alijs non tamen ideo debemus nos quasi deū tentando diuina p̄sumere: sed facere q̄ ad nos ptinet. legere. s. ⁊ meditari in lege dei. Orare ip̄m: vt adiuuet infirmitatem nostrā. ⁊ videat imperfectum nostr̄: q̄ ipse docet nos facere dicens. petite ⁊ accipietis. querite ⁊ inuenietis. pulsate ⁊ aperietur vobis. Huc em̄ regnum celoꝝ vim patit. ⁊ violenti rapiūt illud. Ecce p̄signatis distinctionib⁹ ꝓspici possunt p̄dictoꝝ graduū ꝓprietates quo modo sibi cohereant. ⁊ quid singuli in nobis efficiant. Beat⁹ homo cui⁹ anim⁹ a ceteris negotijs vacu⁹ in his quattuor gradibus versari semp desiderat qui vēditis vniuersis que habuit emit agr̄ illū. i quo latet thesaurus desiderabilis. s. vacare et videre q̄ suauis est dñs q̄ in p̄mo gradu exercitatus: in secundo circūspectus: in tertio deuotus: in quarto supra se leuatus p has ascensiones: quas in corde suo disposuit: ascendet de ꝑtute in ꝑtutem: donec videat deū deoꝝ in syon. Beatus: cui i hoc supremo gradu vel modico tempe conceditur manere. Qui ꝙo pōt dicere Ecce sentio gr̄am dñi: ecce cum petro ⁊ iohe gloriā eius in monte contemplor. ecce cum iacob plerūq; rachelis amplexib⁹ delector. Sed caueat sibi iste: ne post cōtemplationē istā qua eleuatus fuerat vsq; ad celos: inordinato casu corruat vsq; ad abyssos: nec p⁹ dei visionem ad lasciuos mundi actus et carnis illecebras ꝙuertat. Cū ꝙo mentis humane acies infirma veri luminis illustratione diutius sustinere non poterit ad aliquem triū graduuz p quos ascenderat leniter ⁊ ordinate descendat ⁊ alternatim mō in vno modo in altero. ꝑm modū liberi arbitrij ꝓ ratione loci ⁊ tēporis demoretur tanto iam deo vicinior q̄nto a ꝓmo

gradu remotior. Sed heu fragilis ⁊ miſera humana conditio. Ecce ductu rōnis et ſcripturaꝝ teſtimonijs aperte videmus in his quattuor gradib⁹ bone vite pfectiōez ꝓtineri. ⁊ in his ſpūalis hois exercitiū debere verſari. Sed quis eſt q̄ hunc viuendi tramitē teneat Quis eſt hic ⁊ laudabim⁹ eū. Velle multis adiacet ſz pficere pauc⁹. Et vtinā de iſt⁹ pauc⁹ eſſemus.

¶ Quattuor cauſe retrahunt nos ab his quinq̄ gradib⁹.

¶ Sunt autē quattuor cauſe q̄ retrahunt nos plerūq̄ ab iſtis gradib⁹. ſ. ineuitabil⁹ neceſſitas. honeſte actiōis vtilitas hūana infirmitas mūdialis vanitas. Prima eſt excuſabilis. ſecūda tolerabilis. tertia miſerabilis. quarta culpabilis. Illis em̄ quoſ hm̄oi cā a ſancto ꝓpoſito retrahit: melius erat gl'iam dei nō ꝓgnoſcere: q̄ poſt agnitam retrorſe. Quā ſibi excuſationez hēbit de peccato. nā iuſte pōt dicere dn̄s. Quid debui tibi facere ⁊ nō feci: nō eras. ⁊ creauit te. peccaſti ⁊ diaboli ſeruū te feceras: et redemi te. in mūdi circuitu cū impijs curreb⁹: ⁊ elegi te. dederā tibi gr̄am in ꝓſpectu meo ⁊ volebam facere apud te mānſionem. tu ꝙ deſperaſti me: ⁊ nō ſolū ſermones meos: ſed meipm̄ piciſti retrorſum: ⁊ ambulaſti poſt ꝓcupiſcentias tuas. Sz o deus bone ſuauis ⁊ mitis: amicus dulcis conſiliari⁹ prudēs. auditor fortis q̄ inhumanus q̄ temerari⁹ eſt: q̄ te abiecit: q̄ tā humilem: tam manſuetū hoſpitē a ſuo corde ꝑpellit. O q̄ infelix ⁊ damnoſa ꝓmutatio creatorem ſuū abijcere ⁊ prauas: noxias q̄ cogitationes recipe. Illud etiā ſecretū cubile ſpūſancti ſecretuz cordis q̄ pauloañ celeſtib⁹ gaudijs intrēdebat: tam ſubito immundis cogitationib⁹: ⁊ peccatis tradere ꝓculcandū. Adhuc in corde calent ſponſi veſtigia. ⁊ iam itromittunt adulterina deſideria. Male cōueniens ⁊ indecoꝝ eſt aures q̄ modo audierūt ꝓba: que non licz homini loqui. tam cito inclinari ad fabulas ⁊ detractiones audiendas. O dn̄e q̄ ſacr⁹ lachrymis mō baptiſati erant: repente cōuerti ad videnda vanitates. lingua que mō dulce epithalamiū decantauerat: que igneis ⁊ pſuaſorijs eloquijs ſuis cū ſponſo reconciliauerat ſpōſam ⁊ introduxerat eam in ceilā vinariā: itez ꝓuerti ad vana eloquia: ad ſcurrilitates: ad cōcinandum dolos: ad detractiōes. Abſit a nobis dn̄e. Sz ſi forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur. nō ideo deſperem⁹: ſz iterū recurram⁹ ad clementē medicū q̄ ſuſcitat ō terra inopem ⁊ erigēs de ſtercore pauperem. Et q̄ nō vult mortē pctōris: itez curabit ⁊ ſaluabit nos. Jam tp̄s eſt vt epiſtole finem imponam⁹. Oremus g̃ deū vt impedimenta q̄ nos ab ei⁹ contemplatione retrahunt: in p̄ſti nobis mitiget: in futuro nob penit⁹ auferat q̄ p ꝑdictos gradus de ꝙtute in ꝙtutē nos ꝓducat. donec videamus deuz deoꝝ in ſyon. Ubi electi non guttatim: nō interpolatim ꝓcipient diuine ꝓtemplationis dulcedinem ſz torrente voluptatis indeſinenter repleti habebunt gaudiū q̄ nemo tollet ab eis ⁊ panē incōmutabilem pacē in idip̄m. Tu g̃ frat mi goffrede: ſi q̄ datū tibi fuerit deſup ad p̄dictoꝝ graduū celſitu dinē ꝓſcendere: memento mei ⁊ ora p me cū tibi bñ fuerit: vt ſic cortina cortinā trahat: ⁊ q̄ audit dicat veni.

¶ Diui bernardi abbatis in tractatū de gr̃a ⁊ libero arbitrio. Prolog⁹

Domino Guilhelmo abbati ſcī Theodorici F. B. Opuſculū de gr̃a ⁊ libero arbitrio q̄ō illa qua ſcitz occaſiōe nup aggreſſus ſum eadē gr̃a a diuina ⁊ rogi ⁊ potui. Vereor añ te aut grādia min⁹ digne locut⁹ inueniar aut pertractata a pluribus ſuperfluo retractaſſe. Pro inde legite illō p̄m⁹: ⁊ ſi indicatz ſol⁹: ne ſi pferaki mediū mag⁹ forte ſcīptoris publicet temeritas q̄ lectoris edificet charitas Q̄ō ſi palā fieri vtile ꝓbauerit⁹: tūc ſi q̄d obſcuri⁹ dictū aduerterit⁹: q̄ō in re obſcura ſuata ꝓlixa breuitate dici plani⁹ potuiſſz nō ſit vob pigz aut emēdare quos aut mihi ſignificare emendandū ſi fraudari non vultz ꝓmiſſiōe illa ſapie: q̄ ait. Qui eruciant me vitā eternā hēbunt.

¶ Tractatus de gratia et libero arbitrio.

Loquēte me aliq̄n cora fr̃ib⁹ ⁊ dei i me gr̃az ꝓmēdante: q. ſ. ab ipa me in bono ⁊ prouentum agnoſcerem

ꝛ ꝓbi sentirem ꝛ sperarē perficiendū q̄d tu ḡ ait vn⁹ ex circumstantijs operis: aut q̄d mercedis speras vel ꝑmij si totuꝫ facit deus. Quid.n. inquā tu cōsulis. Da inq̄t gliam deo: q̄ gratis te ꝓuenit: excitauit: incitauit ꝛ viue digne de cetero quo te ꝓbes ꝛ ꝓceptis bñficijs nō ingratuꝫ ꝛ ꝓcipiēdis ꝑdoneū. Et ego. Bonū inq̄ꝫ ꝙsiliū das sꝫ si dederis ꝛ posse teneri. Siq̄dē nō est eiusdem facilitatis scire q̄d faciendū sit ꝛ facere. Qm̄ ꝛ diuersa sunt ceco ducatū: ꝛ fessō ꝓbere vehiculū. Nō q̄cunq̄ ostēdit viam ꝓbet etiā viaticū itinerāti. Aliud illi exhibet q̄ facit ne deuiter: ꝛ aliud q̄ ꝑstat ne deficiat in via. Ita nec q̄is doctor statim ꝛ datoꝛ erit boni q̄cunq̄ docuerit. Pozro duo mihi sunt necessaria doceri ac iuuari. Tu q̄dem hō recte ꝙsulis ignorātie. sed si veꝝ sentit aplꝰ. spūs adiuuat infirmitatem nr̄am. Immo ꝓ q̄ mihi p os tuū ministret p spm̄ suū adiutoriū quo valeā implere qđ ꝙsulis. Ecce em̄ iam eius munere velle adiacet mihi. pficere aūt nō inuenio. Sꝫ nec aliq̄n̄ me inuentuꝝ ꝙfido: nisi q̄ dedit velle det ꝛ pficere ꝓ bona volūtate Vbi ḡ ait sunt merita nr̄a ꝛ spes nr̄a Audi inq̄ꝫ. Nō ex operib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos sed ꝑm misericordiam saluos nos fecit. Quid em̄. Tu forte tua putaueras creasse merita tua posse saluari iusticia: q̄ nec saltē dominus iesus dicere potes nisi a spūsancto. Ita ne oblit⁹ es: q̄s dixerit. sine me nihil potestis facere. ꝛ neq̄ currentis neq̄ volētis: sꝫ dei miserentis est. Quid igit̄ agitas libeꝝ arbitriū. Breuit̄ rñdeo. Saluatur. Tolle libeꝝ arbitriū non erit qđ saluetur Tolle gr̄am nō erit vñ saluet̄. Opus hoc sine duob⁹ effici nō ꝑt. Vno a q̄ fit. Altero cui: vel in q̄ fit. Dei⁹ auctor est salutis: libeꝝ arbitriū tm̄ capax: nec dare illaꝫ nisi deus: nec capi valet nisi libeꝝ arbitriū. Qđ ḡ a solo deo ꝛ soli deo dat̄ libero arbitrio: raꝫ absq̄ cōsensu esse nō ꝑt accipientis q̄ absq̄ gr̄a dantis. Et ita gr̄e operanti salutem cooperari dī libeꝝ arbitriū dū ꝙsentit. Hoc est dum saluat̄. Consentire em̄ saluari est. Proinde pcōris spūs salutē huiuscemōi capi mime ꝑt: eo q̄ illi volūtari⁹ cōsensus desit. quo saluatori deo placide obtemperet siue iubenti acq̄escendo siue pollicenti credendo: siue reddēti gr̄as agēdo. Enim uero aliud est voluntarius ꝙsensus: aliud naturalis appetitus. Posterior q̄ppe nob cōis est cum irrōnabilib⁹ nec valet consentire spūi. carnis irretit⁹ illecebris. Et forꝫ tasse ipe est q̄ alio nomie ab aplo sapia carnis appellat̄: vt ait. sapia carnis inimica ē deo. legi em̄ dei nō est subiecta: nec em̄ pōt Hūc ḡ vt dixi cōm̄ hōres cū bestijs ꝙsensus voluntarius nos discernit. Est em̄ habitus ai liber sui. Siq̄dem nō cogit̄. nō ex toꝛ quet. est q̄ppe volūtatis: nō necessitatꝫ. Nec negat se nec ꝑbet cuiq̄: nisi ex volūtate. Alioq̄n si cōpelli valet inuitus. violentus est nō volūtari⁹. Vbi aūt volūtas nō est nec ꝙsensus. Nō em̄ est ꝙsensus nisi volūtari⁹. Vbi ḡ ꝙsensus: ibi volūtas Pozro vbi voluntas: ibi libertas. Et h̄ est qđ dici puto libeꝝ arbitriū Sꝫ vt manifesti⁹ fiat qđ oī: ꝛ ꝓpetēti⁹ ad id qđ volumus veniam⁹ paulo alti⁹ exordio repetendū. In reb⁹ naturalib⁹ nō idem est vita qđ sensus nō sensus qđ appetit⁹ nec ille qđ cōsensus. Qđ ex singlorꝫ diffinitōib⁹ clari⁹ elucebit.

¶ Est in.n. q̄libet corpe vita interi⁹ ac naturalis mot⁹: vigēs tm̄ intrinsec⁹ ¶ Sensus ꝓ vitalis in corpe mot⁹: vigēs extrinsecus. Appetit⁹ aūt naturalꝭ vis in aiante mouendis auide. sensib⁹ attributa. ¶ Verum cōsensus est motus volūtatꝭ spōtaneus. vel certe qđ supius dixisse me memini habit⁹ ai liber sui. Pozro volūtas est motus rōnalis ꝛ sensui ꝑsidens et appetitui. Habet sane q̄cunq̄ se voluerit sp rōnem comitē ꝛ quodāmō pedissequā non q̄ sem per ex rōne sed q̄ nunq̄ absq̄ rōne moueatur ita vt multa faciat p ipam ꝙ ipam. h̄ est q̄si p eius ministriū ꝙ ei⁹ ꝙsiliū siue iudicium. Vñ est illō. Prudētiores sunt filij hui⁹ seculi filij luc̄ in generatōe sua. Et rursum. Sapientes sunt vt faciant mala. Neq̄ em̄ prudētia seu sapientia inesse creature pōt vel in malo: nisi vtiq̄ p rōnem. ¶ Est ꝓ rō data volūtati vt instruat illam nō vt destruat. Destrueret aūt: si necessitatem ei vllam imponeret: quo min⁹ libere p arbitrio sese voluerit: siue in malum cōsentiens appetitui aut neq̄ spiritui: vt sit animalis non ꝓcipiens vel certe ꝓsequens ea que sunt spūs dei: siue ad bonā gratiaꝫ

sequẽs. et fiat spiritualis: que omia diiudicans ipa minime iudicet. Si inq̃ horũ quodliber, phibente rõne volũtas nõ posset: volũtas iam nõ esset. Vbi q̃ppe necessitas iam nõ volũtas. Q; si ex necessitate absq̃ cõsensu ꝓprie voluntat; mala bonaue fieri possent. rõnalis creatura aut misera profecto esse nulla rõne deberet. aut btã penit⁹ esse nõ posset. Cui nimirũ in vtra uis parte. id deesset. quod solũ in ea miserie siue beatitudinis capax est. i. volũtas. Cetera siquidẽ. que supra memorata sunt vita sensus vel appetitus. nec miseruz p se facit nec beatũ. Alioquin arbores ex vita t pecudes etiã ex reliquis duob⁹ vel miserie possent esse obnoxie. vel ydonee beatitudini qõ omnino impossibile est. Cõmunẽ itaq̃ habẽtes vitam quidẽ cũ arboribꝫ sensum ꝙ t appetitũ. t eque vitã cũ pecoribꝫ. id quod dicit volũtas. nos ab vtriq̃ discernit. Cuius volũtatis consensus vtriq̃ volũtarius. nõ necessarius. duz aut iustos ꝓbat. aut iniustos. etiã merito beatos facit vel miseros. Is ergo talis cõsensus ob volũtatis in amissibilẽ libertatem et rationis qõ semp secũ portat. t vbiq̃. indeclinabile iudiciũ nõ incõgrue dicitur vt arbitri or. liberũ arbitriũ. ipe liber sui ꝓpter voluntatẽ. ipe iudex sui ꝓpter rationẽ et merito libertatẽ cõmitat iudiciũ. quoniã quidẽ quod liberuz sui est. ꝓfecto. vbi peccat ibi se iudicat. Est aũt iudiciũ quod iuste profecto. si peccat patit qõ nolit. qui nõ peccat nisi velit. Ceterũ q̃ sui liber nõ esse cognoscit. quo pacto. vel bonũ. vt malum ei imputat. excusat namq̃. veriq̃ necessitas Porro vbi necessitas ibi libertas non est. Vbi libertas nõ est. nec meritum ac p hoc nec iudiciũ Excepto sane p omia originali peccato. quod aliã cõstat habere rationẽ. Decetero. q̃quid hanc nõ habet volũtarij cõsensus libertatẽ. proculdubio t merito caret t iudicio. Proinde vniuersaq̃ sunt homis. ꝓter solam voluntatem. ab vtroq̃ libera sunt. q̃ sui libera nõ sunt. Vtra. sensus. appetit⁹. memoria. ingeniũ. t si qua talia sunt eoipo subiacent necessitati. quo nõ plene subdita sunt volũtati. Ipam ꝙ. q̃ impossibile est: de seipsa sibi non obedire: nemo q̃ppe aut non vult: qõ vult. aut vult qõ non vult: etiaz impossibile est sua ꝓtinari libertate. põt q; dem mutari volũtas. sed nõ nisi in aliam voluntatẽ: vt nunq̃ amittat libertatẽ. taz ergo nõ põt ꝓtinari illa: q̃ nec seipa. Si poterit hõ aliquãdo aut nihil oino velle: aut velle aliquid t nõ volũtate: poterit t care libertate volũtas. Hinc est q̃ infantis: vel infantib⁹: utq̃ dormientib⁹: nihil qõ faciũt: vel bonũ vel malũ imputat. q̃a nimirũ: sicut sue nõ sunt compotes rõnis: sic nec vsum retinẽt ꝓprie volũtatis: ac p hoc nec vim. Cũ igit volũtas nil liberũ habeat nisi se. merito nõ iudicat nisi ex se. Siq̃dem nec tardũ ingeniũ: nec labilis memoria. nec inquietus appetit⁹: nec sensus obtusus. nec vita languẽs reũ p se statuũt hominẽ: sicut nec cõtraria innocentẽ. Et hoc nõ ob aliud: nisi q; hec necessario ac ꝓter voluntatẽ posse ꝓuenire probant. Sola g̃ volũtas quoniã pro sui ingenita libertate: aut dissentire sibi. aut ꝓter se: in aliq̃ cõsentire nulla vi: nulla cogit necessitate: nõ immerito iustã: vel iniustaz: beatitudine. seu miseria dignã: ac capacẽ creaturã ꝓstituit. prout. sez iustitie iniustitieue consenserit. Quapropter hmõi volũtariũ: liberũq; cõsensuz: ex quo t oẽ sui ex his q̃ p dicta sunt cõstat pendere iudiciũ: puto nõ incõgrue vt supꝰ diffinitum⁹ esse: qõ solet liberũ arbitriũ appellari: vt liberuz referat ad volũtatẽ: arbitriuz ad rõnem. Sz sane liberũ nõ illa libertate de qua dicit apl'us Vbi spũs. ibi libertas. Etenim illa libertas a pcõ: sicut alibi dicit. Cũ eẽ serui essetis pcõ liberi fuistis iustitie. nũc aũt liberati a pcõ: serui aũt facti deo. habetis fructũ vẽm in sctificatione: finẽ ꝙ vitã eternaz. Quis ꝙ in carne peti a pcõ sibi vendicat libertatẽ. Hanc g̃ libertatẽ meritо nequaq̃ dictũ arbitro: liberũ arbitriũ Est itẽ libertas a miseria: de q̃ idẽ apl'us. Et inquit ipa creatura liberabit a seruitute corruptiõis i libertatẽ glorie filioꝝ dei. Sz nunq̃d t istã sibi quispiã in hac mortalitate psumit. Et hãc itaq̃ liberũ noiari arbitriũ: nõ immerito abnuimus. Est ꝙ magis et cõgrue arbitro: libertatẽ: quã dicere possum⁹ a necessitate. eo q̃ necessariũ volũtario cõtrarũ esse videat. Siqui

dē qō necessitate fit: nō iam ex volūtate. et ecōuerso similit. Cū igit; put interim potuit occurrere nobis triplex sit nob ꝓposita libertas a pcō. a miseria. a necessitate. hanc vltimo loco positā cōtulit nobis in conditōne natura. in ꝑma restauramur a gratia media nobis reseruat in patria Dicat igit ꝑma libertas nature. secūda gratie. tertia vite vel glozie Prima nempe in liberā voluntatē. ac volūtariā libertatem cōditi sumus nobilis deo creatura Secūdo reformamur in innocētiā noua in xp̄o creatura. Tertio sublimamur in gloziā ꝑfecta i spū creatura. Prima g̃ libertas habet multū honoris. secūda plurimū etiaz virtutis. nouissima cumulū iocūditatis. Ex ꝑma q̃pe prestam⁹ ceteris aniantib⁹. in secūda carni. per tertiā mortē subiecimus. Vel certe sicut in ꝑma subiecit de⁹ sub pedibus nr̄is oues: t boues. et pecora campi. ita quoqz in secūda spūales bestias huius aeris. de quibus dī. ne tradas bestijs animas cōfitētes tibi. pternit eque t conterit sub pedib⁹ nr̄is. in vltima tādez nos ipos nobis plen⁹ submissurus ꝑ victoriam corruptiōis: t mortis: quādo. s. nouissima destruet moz: et nos transibim⁹ in libertatem glie filiozū dei. Qua libertate xp̄s nos liberauit cū vtiqz tradet regnum deo t pri. De hac. n. t itē de illa cꝫ diximꝰ a peccato: puto q̃ iudeis aiebat: si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Liberum arbitriū liberatoze indigere significabat. Sz plane. q̃ illud liberaret nō a necessitate: quā volūtatz esse penit⁹ nō nouerat. sed a pcō in qō tā libere cꝫ volūtarie corruerat. simlqz a pena peti: quā incautū incurrerat inuitūqz ferebat quo vtroqz malo: liberari oino nō poterat. nisi ꝑ illū. qui solus hominū fact⁹ est inter mortuos liber: liber videlicz a pcō inter peccatores. Solus nanqz int̄ filios adā. libertatē sibi vēdicat a peccato q̃ peccatū nō fecit. nec inuētus est dolus in oze ei⁹. Porro t a miseria que est pena peccati. habuit nihilominus libertatē. sed potentia nō actu. Nemo q̃p petollebat animā ei⁹ ab eo. sed ipe ponebat eam. Deniqz teste ꝓpheta. oblatus est quia ipe voluit. sicut cū voluit nat⁹ ex muliere. factus sub lege. vt eos q̃ sub lege erāt. redimeret. Fuit ipse itaqz sub lege mi serie. sz fuit. qz voluit. vt liber int̄ miseros t peccatores vtrūqz iugū fraternis a ceruicibus excuteret. Habuit tres libertates. ꝑ mā ex hūana natura. reliqs ex diuina potentia. Quarū duas posteriozes. vtrū et prim⁹ homo in paradiso habuerit. vel quō t quaten⁹ eas habuerit. postea videbim⁹ Hoc aūt indubitanf sciendū. vtranqz plenā ac ꝑfectam ꝑfectis inesse aiabus. carne solutis. cū deo paritf t xp̄o eius. atqz angelis sup celestib⁹. Naz scis aiabus. t si nec dū cozpora receperūt. deest quidē de gl̃ia. sed nihil inest de miseria. Verū libertas a necessitate eque t indifferenter deo vniuerse tā male cꝫ bone rōnali cōuenit creature Nec pcō nec miseria amittit. vel minuit. nec maioz i iusto est cꝫ in peccatoze: nec pleniоz in angelo. cꝫ in hoīe. Quo nanqz ad bonū cōuersum ꝑ gratiā humane volūtatis cōsensus eo libere bonū in bono libex hominē facit. quo voluntari⁹ efficit nō inuitus ꝓtrahit. Sic sponte deuolutū i malū in malo. nihilomin⁹ tā liberū. cꝫ sponтaneū cōstituit sua vtiqz volūtate ductuz nō aliū de coactū. vt malus sit. Et sicut celestis angelus aut etiā de⁹ ipe manet libere bon⁹. ꝓpria vtiqz volūtate. nō aliq̃ necessitate. Sic. ꝑfecto d̃yabolus eq̃ libere i malū t cozruit t persistit suo vtiqz volūtario nutu. nō alieno impulsu. Manet g̃ libertas volūtatis. vbi etiā fit captiuitas mētis. tā plena q̃dē in malis. cꝫ in bonis: sed in bonis ordinatioz. Tā integra quo ꝓ suo mō in creatura. cꝫ in creatoze. sed in illo potentioz. Qō aūt hoies solēt cōqueri. t dicere. volo hr̃e bonā volūtatē. t nō possum. nequaqz huic pscribit volūtatz libertati. vt q̃si vim. t necessitatē in hac ꝓpatiat volūtas. sed plane illa libertate. q̃ dicit a peccato. se carere testat. Naz qui vult habere bonā voluntatē ꝓbat se hr̃e voluntatē. nō em̃ vult hr̃e bonā nisi ꝑ voluntatē. Qō si voluntatē t vbertatē. sed libertatē a necessitate nō a pcō. nēpe vt nō valeat cū velit hr̃e bonā. sentit q̃dem sibi deesse libertatē. sed ꝓfecto libertatē a peccato. quo vtiqz dolet premi nō ꝑmi voluntatē. cꝫcꝫ iam ꝓculdubio vtranqz bonam hz. vbi hr̃e vult. bonū quipe est. qō vult

nec posset bonū velle. nisi bona volūtate. sic nec velle malū. nisi mala volūtate. Cū bonū volum⁹. bona est volūtas. Cū malū mala est volūtas. Utrobicꝫ volūtas. et vbicꝫ libertas. Cedit siquidē volūtati necessitas Cū aūt nō valem⁹ qđ volum⁹ sentim⁹ quidē ipam quodāmodo libertatē peccato esse captiuā: vel miserā nō tamē amissam Ex hac ergo tm̄ libertate. qua liberū est volūtati seipam iudicare vel bonā. si bono. vel malam. si malo cōsenserit. quippe q̄ neutro nisi certe volēdo cōsentire se sentit. liberū arbitriū credim⁹ nominari. Nā ex illa. q̄ dicit a peccō cōgruenti⁹ fortiran cōsiliū liberuz. Et itē ex illa. que dicta est a miseria. liberū pot⁹ cōplacitū posset dici. q̄ liberū arbitriū. Arbitriū q̄ppe iudiciū est Sic vero iudicij est discernere qđ liceat. vel qđ nō liceat. sic profecto consiliū ꝓbare. qđ expediat vel nō expediat. sic cōplaciti quoꝫ experiri qđ libeat. vt nō libeat. Utinā tam libere nos ꝓfiterem⁹ q̄ liberē de nob iudicam⁹: vt quēadmodū libere p iudiciū licita illicitaue decernimus ita p cōsiliū z licita tanꝫ cōmoda nobis eligere. z illicita tanꝫ noxia. respuere liberū haberem⁹. Jam em̄ nō solū liberi arbitrij. sed z liberi proculdubio cōsilij. ac per hoc a peccato liberi essem⁹. Sed qđ si totū. solūq̄ qđ expediret vel liceret. etiā liberet. nōne liberi quoꝫ esse cōplaciti merito diceremur. Quippe qui ab oīm̄ pinde. qđ displicere pōt hoc est ab oī nos miseria liberos sentirem⁹. Nunc aūt. cū multa p iudiciū. vel admittēda vel omittēda esse decernam⁹. que tm̄ p consiliū nequaq̄ pro iudicij rectitudine aut eligim⁹ aut cōtemnimus. rursum qz non oīa q̄ tanꝫ recta et cōmoda cōsulte obseruam⁹. etiā vt bōpla cita libent amplectimur. sed insup q̄si dura. ac molesta vix equanimit ferre p duramus. liquet qz liberū nec ꝓfiliū habemus nec placitū. Alia questio est. si vel añ peccatū in pmo homīe habuim⁹. qđ loco suo discutiet. Certissime aūt habituri sum⁹. cū deo miserante obtinebim⁹. qđ oram⁹. Fiat voluntas tua. sicut in celo z in terra Hoc nāq̄ cōplebit. qñ id qđ cūcte passim rōnali vt iā dictū est creature cōmune vī liberū. sez a necessitate arbitriū. erit etiā in electis hoibus. vti iā in sctis est angelis. et cautū a pctō. z tutū a miseria. ꝓbantib⁹ tā de triplicis libertatis felici experientia q̄ sit bona volūtas dei ac beneplacēs. z pfecta qđ qz nec dū est sola interim plena integraq̄ manet in oibus libertas arbitrij. nā libertas cōsilij ex pte tm̄. ex hoc in paucis spiritualib⁹. q carnē crucifixerūt cū vicijs z ꝓcupiscentijs. q̄tenus iā non regnet peccatū in eoꝝ mortali corpore. Porro vt nō regnet. libertas facit consiliū. Et tamē nō desit ex integro. captiuitas est liberi arbitrij. Cū aūtē venerit qđ pfectuz est. tunc euacuabit qđ ex pte est hoc est cū plena fuerit libertas cōsilij nulla iam erit captiuitas arbitrij. Et hoc qđ quotidie petimus in oratione cū dicim⁹ deo adueniat regnum tuū. Regnū h̄ ne dū ex toto queritinnos Quotidie tm̄ paulatim aduentat. sensimq̄ indies magis ac magis dilatat termios suos. in his dūtaxat quoꝫ p dei adiutorium interior hō renouat de die in diez. In q̄ntum g̃ regnū gr̃e dilatat. in tm̄ peccati potestas minuit. Inq̄tum ꝓ minus est. adhuc ppe corp⁹ mortis qđ aggrauat animā. z ob necessitatē terrene inhabitatiōis vtiq̄ deprimentis sensuz multa cogitantē. necesse habēt. etiā q̄ pfectiores in hac mortalitate vident. cōfiteri. z dicere. in multis offendim⁹ oēs. Et si dixerim⁹ qz peccatū nō habem⁹. nosip̄os seducim⁹. et veritas in nob nō est. Quapropter orant z ipsi sine intermissione dicētes. Aduenīat regnū tuū. Quod nō erit vel in ip̄is ꝓsummatū quousq̄ peccatū nō solū non regnet in corū mortali corpore. sz nec sit omnino. nec esse possit in imortali iam corpe Jam de libertate cōplaciti in hoc seculo neq̄ qđ dicem⁹: vbi vix sufficit dies malicia sua. vbi omnis creatura ingemiscit et pturit vsq̄ adhuc vanitati nimiruz subiecta non volēs: vbi vita hoīs temptatio est sup terrā. vbi viri quoq̄ spūales: q̄ primitias spūs iā acceperūt ingemiscūt z ipi intra semetipos expectātes redēptionē corpis sui Nū quid iam in ista vllus locus est huiusce modi libertati. Quid inq̄ liberuz nostro relinquit complacito: vbi totum videtur occupare miseria. Neq̄ enim vel innocentia seu iusticia: quema dmodū a peccato:

ira etiam a miseria esse hic poterunt libe-
re: vbi iust⁹ exclamat. Infelix ego hō: qs
me liberabit de corpe mortis huius. Et itē
Facte sunt mihi lachrymē mee panes die
ac nocte. Vbi noctes: dies cz in meroze cō
tinuant: nullū profecto tpis spaciū com-
placito vacuū relinquit. Deniqz q̄ pie vo
lūt viuere in xp̄o. ipsi magis psecutionē pa-
tiunt: q̄m iudiciuz a domo dei incipit: qđ
z p̄cipit a meis in quib incipite. Sed z si
nō ꝓtus vicīū forte ī tuto est. z aliq̄ interi
ex pte frui pōt ꝓplacito: cauere miseriā. ab
sit. Nā q̄ lerant cuz male fecerint z exultāt
in reb⁹ pessimis: tale ē qđ faciūt q̄le cū ridēt
frenetici. nulla autē verior miseria q̄z falsa
letitia Deniqz intm̄ miseria ē qđ videt fe
licitas in h̄ seculo. vt sapiēs dicat. Beli⁹
est ire ad domū luct⁹ q̄z ad domū cōuiuij.
Est q̄dez in bonis corpis nōnulla iocūdi-
tas videlicz in edēdo bibēdo et calefacien
do ceteriscz talib⁹ fomētis vl tegumentis
carnis. Sz nunq̄d vl ista vacāt aliquare
nus. a miseria. Bon⁹ est panis sz esurīēti
pot⁹ delectat: sz sitientē. Deniqz saturato
cib⁹ potuscz nequaq̄z sūt grata: sz grauia.
Tolle famē: et panē nō curabis. Tolle si-
tim z lipidissimū fontē: ac si paludē respi-
cies. Siliter vmbrā nō q̄rens nisi estuās
Solē nō querit nisi algens. Alioq̄n nihil
hoz libebit si nō p̄cesserit vrgēs necessitas
q̄ si pfecte tollat e reb⁹: statim in tediū: at-
cz molestiā cōuertet ipsa quocz que videt
in his esse iocūditas. Fatendum igit: z in
hac pte oīe qđ p̄sentis vite est occupare mi
seriā nisi q̄ in tribulatōnib⁹ cōtinuis gra-
uiozū laborum lenioꝛes vticz qualescūcz
sunt cōsolatiōes: et dū forte pro pte ac rep
euentib⁹ vicissim sibi grauia: leuiaq̄ succe
dūt: minozū experientia aliq̄ miserie vide
tur inꝓpolatio: vt cū aliq̄n post expta plu
ra grauissima in minus forte molesta cua
dere felicitas putet. Attamē fatenduz est
eos: q̄ excessum p̄teplationis rapti q̄ncz
in spū q̄ntulūcunq̄ de supne felicitatis dul
cedine degustare sufficiūt: totiens esse libe
ros a miseria: quotiēs sic excedūt Hȳ pla
ne. q̄ negādū nō est etiā in hac carne raro
licet raptim q̄z cōplaciti libertate fruunt.
q̄ cū maria optimā pte elegerūt q̄ nō au-
ferēt ab eis. Qui aūt ia tenēt qđ auferen-
dū non est: experiunt vticz qđ futuruz est.
Sed qđ futuz est felicitas est. pozro felici
tas z miseria eodē tēpoze simꝰ esse nō pos-
sunt. Quotiēs igit p sp iritū illaz pticipāt
totiens ista non sentiūt. Itaqz in hac vi-
ta soli cōtemplatiui possunt vtcunqz frui
libertate cōplaciti. z hoc ex pte. z pte satis
modica vixqz rarissima. Pozro libertate
cōsiliȳ fruunt etiā quilibet iusti ex pte qui-
dē: sed nō modica. Cetez libertas arbitrij
vt supꝰ apparuit. cūctis pter rōne vtentib⁹
cōuenit: nō minoz quantū in se est in ma-
lis: cz in bonis: tā plena in hoc seculo. cz in
futuro. sed z hoc a pte monstratū esse pu-
to q̄ hec ipa libertas tādiu p̄mit cz diu il-
la due alie libertates minime. aut minus
plene comitant: nec aliunde nr̄ ille defect⁹
venit. De quo aplus. Ut nō q̄cunqz vul
tis ait. illa faciatis. Velle siquidē in est no-
bis et libero arbitrio nō etiā posse qđ vo-
lum⁹. Non dico velle bonū aut velle ma-
lū: sed tm̄ velle. Velle etem̄ bonū, pfectus
est: velle malū defectus est. Velle ꝓ sim-
pliciter ipm est: qđ proficit. vel deficit. poz
ro: vt ipm esset: creans gr̄a facit. Ut profi
ciat. saluās gr̄a facit. Ut deficiat. ipsuz se
deiecit. Itaqz liberū arbitriū nos facit vo
lētes gr̄a beniuolos. ex ipo nobis est velle
ex ipa bonū velle. Similit nanqz aliud ē
timere simplr aliud est timere deū. Aliud
est amare simpliciter. aliud est amare deū.
Quippe timere: z amare simplr plata: af-
fectiōes: cū additamēto aūt ꝓtutes signifi
cāt. Ita q̄z aliud est velle: aliud velle bo-
nū. Simplices nāqz affectiōes insunt na
turalit nob: tanqz ex nobis additamenta
ex gr̄a. nec aliud, pfecto est nisi qđ gr̄a or-
dinat. quas donauit creatio. vt nil aliud
sint ꝓtutes nisi ordinate affectiōes. Scri
ptuz est de quibusdā. q̄ illic trepidassent
timore vbi nō erat timor. Timor fuit. sed
inordinatus. Ordinare illū volebat dē
in discipulis. cū diceret ostendā vob. quē
timere debeatis. Et dauid Venite aut filij
audite me. timorē dñi docebo vos Ire de
amore inordinato arguebat homes. q̄ dice
bat. Ego lux veni ī hūc mūdū. z dilexerūt
homes magis tenebras cz lucē Idcirco po
stulat sponsa in cāticis dicens. Ordinate
in me charitatez. Siliter quoq̄ de inordi-

nata volūtate arguebant. q̄bus dicebat. nescitis q̄d petat. Sz ad lineā rectitudinis edocti sunt distortā reducere voluntatē. cū audierūt. Potest bibere calicē quem ego bibitur⁹ sum. Et tūc quidē verbo sed postmodū etiā exēplo voluntatē ordinare docebat. cū orans instante passiōe vt trāsferrerē ab eo calix. statim subiiceret. Vel tamē nō q̄ ego volo sed sic tu vis A deo igit velle quō t timere. quō et amare accepimus in cōditione nature. vt essem⁹ aliq̄ creatura. Velle aūt bonum quō t timere deū. t amare deū accepim⁹ in visitatione gr̄e. vt simus dei creatura. Creati quippe quodammō nr̄i in liberā voluntatē: quasi dei efficimur p bonā voluntatē. Porro bonā facit q̄ liberā fecit t ad hoc bonā: vt simus initiū aliq̄ creature ei⁹. Qm̄ expedit. pfecto nob: magis oīno nō fuisse q̄ nostros pmanere. Nā qui voluerunt sui esse: vtiq̄ sicut dij scientes bonū t malū: facti sunt nō tm̄ tā sui: sed t diaboli. Iracq̄ libera volūtas non facit nr̄os: mala dyaboli bona dei. Ad hoc ptinet q̄d dr̄ Nouit dominus: q̄ sunt eius. Nā illis q̄ eius nō sunt amen dico vob inq̄t: nescio vos. Dū g̃ per malā voluntatē sum⁹ dyaboli: q̄dammō interim nō sumus dei. sicut cū p bonā voluntatē efficimur dei. desinim⁹ tā esse dyaboli. Nemo siquidē pōt duob⁹ dñis seruire. Ceterū siue dei sim⁹: siue dyaboli: non tm̄ desinim⁹ esse t nr̄i. Manet q̄ppe vtraq̄ libertas arbitrij: p quā manet t cā meriti: quatenus merito vl̄ puniamur mali q̄ tā q̄ liberi ex ppria volūtate efficimur: vl̄ glorificemur boni. Qđ nisi eque volūtarij eē nō possum⁹. sane dyabolo nr̄a nos mācipiat volūtas: nō ip̄ius potestas. Deo subiicit ei⁹ gr̄a. nō nr̄a volūtas. Nr̄a quippe volūtas bona: qđ fatendū est: a bono deo creata: pfecta tm̄ nō erit q̄uisq̄ suo creatori pfecte subiecta nō sit. Absit aūt vt ip̄i sui ip̄ius pfectionē deo aūt creationē tribuamus cū lōge nimirū melius sit eē pfectam q̄ factā: vt dictu ipso nephas videat deo qđ min⁹: nob qđ excellenti⁹ sit attribuere Sentiēs denicq̄ aplus: q̄d ex natura esset: q̄d ex gr̄a expectasset aiebat. Velle adiacz mihi: pficere nō inuenio. Sciebat pfecto velle q̄dem sibi inesse ex libero arbitrio: sz vt ip̄m velle pfectuz hāret: gratiā se hr̄ere cessariā. Si em̄ velle malū defect⁹ q̄dam est volūtatis vtiq̄ bonū velle pfectus eiusdem erit. Sufficere ẏo ad oē qđ volum⁹ bonū ip̄ius pfectio Vt g̃ velle nr̄m: qđ ex libero arbitrio habem⁹ pfectū sit duplici gr̄e munere indigem⁹: t vero vicz sape qđ est volūtatis ad bonum cōuersio: t pleno etiā posse: qđ est eiusdē in bonū cōfirmatio Porro pfecta cōuersio ad bonū vt nil libeat: nisi qđ deceat: vel liceat. pfecta in bono cōfirmatio vt nil desit tā qđ libeat. Tunc demū pfecta erit voluntas cū plene fuerit bona: t bñ plena. Habz siquidez duplex bonū ab initio sui. Vnū quidez generale ex sola creatione: qđ bono. s. a deo nō potuit creari nisi bona. sm̄ q̄ vidit de⁹ cūcta q̄ t libertate arbitrij: in quā ad imaginē vtiq̄ ip̄ius: qui creauit est cōdita Qđ si duobus his bonis accedat t tertiū: Quersio. s. ad creatorē reputabit nō immerito pfecta bona nimiq̄ in vniuersitate. melior in suo genere. optima in sui ordinatiōe volūtas ad deum. et ex tota se volūtaria deuotaq̄ subiectio. Huic ẏo pfecte iusticie debetur immo iungit glorie plenitudo: q̄ sic se comitant duo ista vt nec iusticie possit hr̄i pfectio nisi implera gr̄a nec glie plenitudo absq̄ pfecta iusticia Merito denicq̄ talis iusticia nō erit sine gr̄a cū gr̄a non sit nisi de tali iusticia. Vñ recte dicit. Beati qui esuriūt t sitiūt iusticiā q̄m ip̄i saturabunt Hec sunt illa duo q̄ supza notauim⁹: velle sapere et plenū posse. vt sapere ad iusticiā. posse referat ad gr̄am. sed verū t plenum addita sunt. alterq̄ ad distinctionē sapientie carnis q̄ mors est. itemq̄ sapie mūdi q̄ stultitia est apud deū. q̄ sapientia apud se meripos sunt hoies sapientes vt faciāt mala. alterū ad illoz differentiā. de q̄b dicit potētes potenter torm̄ta patient. Nā velle sape aut plenū posse omnino non inueniunt. nisi vbi libero arbitrio tā illa duo cōiūcta sunt. q̄ item supius memorauim⁹. liberū videlicz consiliū. liberūq̄ cōplacitū. Solū pfecto dixerim vere sapientē. plene q̄ potentē. cui tā nō tm̄ velle nō adiacet ex libero arbitrio: sz ex reliq̄s q̄q̄ duob⁹ inuenit t pficere: dū nec velle valeat qđ malum sit: nec carere qđ velit. quoz alterū est ex li

bertate ꝓsilij. i. verū sape. alterū ex libertate cōplacti. s. plenū posse Sed ꝙs talis est ac tātus in hoīb ꝙ in hoc gloziet. aut vbi aut qñ istud obtinet. Nunqd nā in hoc seculo. Sz si quis esset hmōi maioz cēt paulo ꝙ confitet dicēs. Perficere aūt nō inuenio. Nūqd adā i paradiso. Sz si habuisset: nunqz exul cēt a paradiso. Hūc locꝰ est quidendi. qđ supra dictum. Utrū. s. totas tres libertates illas ꝙs supradixim⁹. i. arbitrij cōsilij cōplacti. vel alijs noīb a necessitate a pcō a miseria ꝑmi homies habuerūt in paradiso. aut tm duas aut vnā solūmodo. Et de ꝑma qdem qstio nulla erit si meminerim⁹ qz apte z iustis cam et pcōzib ineſſe equalit rō supioz edocuerit De duab reliqs qrit nō immerito an vnqz eas adā habuerit: aut ambas vel vnā. nā si nullā habuit: qđ amisit arbitrij vtiqz libertatē tā post pctm qz añ semp renuit incōcussam. Si g nil amisit. qđ ei obfuit etectū fuisse de paradiso. Q si vnā quā libet illaꝝ habuit. quō amisit. nā certū est qz ex quo peccauit. nec a pcō prozsus: nec a miseria manēs in cozpe liber fuit. Ceterū nullaten⁹ quācunqz illaꝝ semel accepit amittere potuit. aliodn ꝓfectuz nec sapere nec posse iusta qđ quidē duo hec supi⁹ diffinita sunt habuisse cōuincit. qui numqz z velle potuit qđ non debuit et recipe qđ noluit. an dicēdus est aliqz quidē mō illas habuisse. sz qz nō plenarie potuisse amittere. Habz siquidē vnaqz illarū duos gdus supioziē z iferioziē. Supioz ꝥo libertas cōsilij est nō posse peccare. Inferioz posse nō turbari. Itaqz inferioziē vtriuslz libertatis gradū. sil cū plena libertate arbitrij hō in sui cōditiōe accepit z de vtroqz cozruit. cū peccauit. Cozruit aūt de posse nō peccare in nō posse nō peccare amissa ex toto ꝓsilij libertate. Itēqz de posse nō turbari in nō posse nō turbari amissa ex toto cōplacti libertate. Sola remansit ad plenū libertas arbitrij z ꝑ quā vtiqz ceteras amisit: ipm tn amittere nō potuit. Per ꝓpriā qppe volūtatē ꝓuus peri⁹ factꝰ merito pdidit libertatē ꝓsilij. pozro ꝑ pctm factꝰ debitoz mortis quō iā libertatē valebat retinere cōplacti. De trib g libertatib: qs accepat absēdo illa qđ arbitrij reliqs sese ꝓuauit.

In eo aūt abusus est ꝙ illaz cū accepisset ad gl'iam ꝓuertit sibi i ꝓtumeliā iuxta testimoniū scpture dicētis Hō cū in honore eēt nō intellexit: cōparat⁹ est iumētis insipientib: z silis fact⁹ est illis Soli inf animāria datū est hoi posse peccare ob ꝓgatiuā liberi arbitrij Datū aūt vt nō posset peccare: sz vt gliosioz inde apperet: si non peccaret cū peccare posset. Quid nāqz glorioſius ei eē pōt qz si de ipso diceret: qđ scptura phibet dicēs. Quis est h z laudabim⁹ eū. Hñ ita laudand⁹. Fecit em mirabilia i vita sua. Quō. Qui potuit trāsgredi z nō est trāsgressus. facere mala z nō fecit. Hūc g honorē qz diu absqz pctō fuit suauit. Amisit cū peccauit. Peccauit aūt qz liberū ei fuit. Nec aliūde ꝓfecto liberuz nisi ex libertate arbitrij. de q inerat ei possibilitas peccādi. nec tn fuit culpa dātis: sz abutentis: q ipam videlicz facultatē cōcertit in vsum peccādi: quā accepat ad gl'iam nō peccādi. nā z si peccauit ex posse: qđ accepit: nō tn qz potuit: sed qz voluit. nec em ꝑuaricāte dyabolo z angelis ei⁹ ceteraz alij ꝑuaricati sunt. nō qz nō potuerūt: sz quia noluerūt. Peccant igit lapsus non dono assribēdus ē ptātis: sz vicio volūtatis. Lapsus tn ex volūtate nō eque ex volūtate resurgere iā liberum hz. Quia z si datū fuit volūtati posse stare: ne caderet: nō tn resurgere: si caderet. nō. n. tā facile qs valet exire de fouea: qz facile ē ea labi. Cecidit sola volūtate hō in foueā peti: sed nō ex volūtate sufficit posse resurgere. Cū iā: z si velit nō possit nō peccare. Quid ergo. Perit liberū arbitriū: qm nō pōt nō peccare. Neq qz. Sed liberū pdidit ꝓsiliū ꝑ qđ ꝓus habebat posse nō peccare: quō z qđ iā nō valet vtiqz nō turbari: inde miſero accidit: q cōplacti quoqz libertatē amiserit: ꝑ quaz z ante habuit posse non turbari. manet g etiā post pctm libeꝝ arbitriū: z si miſeꝝ: tn integrū. Et qđ se hō ꝑ se nō sufficit excutere a pcō: siue miseria. nō liberi arbitrij signat destructionē: sz duaꝝ reliqrū libertatū tn ꝓuationē. neqz em ad libeꝝ arbitriū qztuz i se est ptinet: aut aliqñ ꝓtinuit posse vel sape: sz tm velle: nec potētē facit creaturā: nec sapientē. sz tm volentē. nō g si potēs aut sapiēs. sz tm si volēs esse desierit. li

berū arbitriū amisisse putāda est. Vbi nō est volūtas: nec libertas. nō dico. si velle bonū. sz si velle oīno creatura desierit: fatē dū sine ꝺdictiōe: vbi nō tā ex volūtate bonitas. sz ipa ex toto volūtas peryt: etiā libex arbitriū depire. Qđ si velle bonū tm nō poterit signū ēq ei desit liberū nō arbitriū. sz ꝺsiliū Si aūt nō q̄dē velle: sz ad id q̄ tā vult bonū ei posse ꝺfuerit. nouerit sibi deesse libex cōplacitū: nō liberū perysse arbitriū. Si g̈ liberū arbitriū ita vbi seq̄t volūtatē: vt nisi illa pēat⁹ eē nō ꝺsinat. isto nō careat. volūtas ꝓ sic in bono ita i malo eq̄ pdurat. eq̄ pfecte libex arbitriū. tā i malo cx i bono itegx pseverat Et quō volūtas etiā posita i miseria nō desinit eē volūtas. sz vr. t est miseria volūtas. sic t btā voluntas: ita nec liberū arbitriū destruere cx tuz in se ē siue aliq̄ten⁹ minuere poterit: q̄cunq aduersitas vel nēcitas. Sz lz vbiq̄ parīt sine sui diminutiōe pduret. nō tm parīt sic de bono potuit p se i malū corruere: ita q̄z p se de malo i bonū poterit respirare. Et q̄d mirū si p se iacēs nō valz resurgere cū stās in meli⁹ nullo suo conatu valeat ꝓficere. Denicq dū adhuc alias duas libertates ex aliq̄ pte secū hēret. nō potuit de inferioribꝫ illarū gradibꝫ ad superiora ascēdere. h̄ est de posse nō peccare. t de non posse turbari. ad nō posse peccare t nō posse turbari Qz si libertatibꝫ illis vtcūcq ad tutū nō ꝓualuit tm de bono i meli⁹ se extēdere q̄nto min⁹ eisdē destitutū. prsus ō malo tam in id q̄ fuit bonū poterit p seipm emergere. Hz igit hō necessariā dei ꝓtute t dei sapiam xp̄m q̄ ex eo q̄ sapia est: verū ei sapē reinfūdat i restauratiōne liberi ꝺsiliꝫ: t ex eo q̄ ꝓtus ē plenū posse restituat in reparatiōnē liberi cōplaciti q̄ten⁹ ex altero p fecte bonus pcm̄ tā nesciat ex altero plene btūs nil aduersi sentiat. Sed sane ista pfectio i futura vita expectet. q̄n vtraq̄ nunc amissa libertas vero arbitrio plene restaurabit: nō quō iusto in h̄ seculo q̄ntūcūcq p fecto nō quō vel ipis ꝓmis hoibꝫ datū est eas hīe in paradiso: sz sic nūc tā angeli possidēt in celo. Interim ꝓ sufficiat in h̄ corpe mortis atq̄ in h̄ seculo neq̄ ex libertate q̄dē ꝺsiliꝫ pctō nō obedire in cōcupiscētia ex libertate aūt cōplaciti aduersa non formidare p iusticia. Est aūt in hac carne peti t in hac diei malicia nō mediocre sape peccato t si nondū ex toto carere certe nō ꝺsentire. t est posse nō parū aduersa. t si necdz felicit oīno nō sentire virilit tñ pro ꝓtate cōtemnere. Discendū sane h̄ interim nob est ex libertate cōsiliꝫ tam libertate arbitrij nō abuti vt plene q̄ñq̄ frui possim⁹ libertate cōplaciti. sic pfecto dei in nob reparamus imaginē. sic antiq̄ honori illi capescēdo quē p pcm̄ amisim⁹. per gr̄am p̄paramur. Et beatus q̄ de se audire merebitur. Quis est hic t laudabimus eū. Hirabilia em̄ fecit in vita sua q̄ potuit trāsgredi t nō est trāsgressus. facere malū t nō fecit. Puto aūtē in his tribꝫ libertatibꝫ. ipsam ad quā cōditi sum⁹ cōditoris imaginē atq̄ ꝓ similitudinē cōtineri. Et imaginē quidem in libertate arbitrij. in reliq̄s autem duabꝫ bipartitā quandā cōsignari similitudinē. Hinc est fortassis p solū liberū arbitriū sui omnino defectū seu diminutionē non patīt q̄ in ipso potissimuz eterne t incōmutabilis diuinitatis substantiua q̄dam imago impssa videat. Nam t si habuit initiū nescit tamē occasum. nec de iusticia: vel gr̄a capit augmentū. nec de peccato siue miseria detrimentū. Quid eternitati simili⁹. qđ non sit eternitas. Porro in alijs duabꝫ libertatibꝫ. qm̄ nō solū ex pte minuit: sz ex toto amitti possunt. accidēt talis quedā magꝫ similitudo sapiēte atq̄ potētie diuine imaginis sup ducta cognoscit. Denicq t amisim⁹ illas p culpaz. t p gratiā recuperauim⁹. t quottidie q̄dē aly plus aly min⁹. aut in ipis proficim⁹. aut ab ipis deficim⁹. Possunt etiā sic amitti: vt iam nō valeant recuperari: possunt t ita possideri: vt nec amitti queant aliq̄n: nec minui. Huius biptite sikitudinis sapie t potētie dei. nō q̄dez gradu sūmo: sed q̄ ipi tñ esset ꝓximo: hō conditus est in paradiso. Quid em̄ vicinius ad nō posse peccare. t non posse turbari in quo vtiq̄ tā sanctos. t angelos stare: t deum sp esse: nō dubiū est: cx posse t nō peccare. t nō turbari: in quo homo profecto creatus est. A quo illo per peccatū: immo nobis in illo: t cuz illo corruentibꝫ rursus per gr̄am non quidem ipm: sed pro ipo quendaz inferiorem

rū est vera purgatio. Vel cena dñi. q̄ passi
onē eius assignare voluerit a tramite veri
tat̄ se exorbitare nō credat. Hic cena ista
passionē significat. Sicut post cenā nō fit
prandiū. Sic xp̄s post̄q̄ semel passus est:
nō iterū patit. Surgit a cena post passiōz
ponit vestimēta sm priorē infirmitatem:
lintheo se p̄cinxit eade tā imortali. Aquā
in peluim mittit: q̄ p baptismat̄ lauacꝝ
credētes lauit a petis. Et extergit lintheo
q̄ est p̄cinct⁹: q̄ pro nob interpellat patrē
gemitib⁹ inenarrabilib⁹ sibi ostēdēdo suā
būanitatē. O mira t ineq̄sita pietas. O
inestimabilis bonitas. O noua t inaudi
ta hūilitas Christus dei fili⁹ de pura t in
temerata ꝑgine nat⁹: rex regū t dñs domi
nantiū. Surgit a cena. Vestimēta depōit
se lintheo cingit. Aquā in peluim mittit.
Ante discipulos reuerēda genua flectit hu
milis t pduus pedes discipuloꝝ lauit.
O q̄s vnq̄ audiuit talia. O q̄ stupenda
pietas. Mira dei clemētia. lauit pedes di
scipuloꝝ q̄ de nihilo cūcta creauit. q̄d tibi
videt q̄unq̄ es hō quē ira accēdit: super
bia cōsumit. Ira perturbat: supbia deua
stat. pmptus ad irā: festin⁹ ad supbiā. o su
perbe. o germē dyaboli. o apostata xp̄iane
o serue neq̄. q̄d tibi videt de creatori tuo.
de deo tuo. Pronus lauit pedes discipu
lis. t tu dedignar̄ hūiliari fratrib⁹ offen
sis. O serue male semē canaan t nō iuda:
q̄ es p auctorē supbie decept⁹: cur non cōsi
deras: q̄s est ille quem p superbiā sequer̄.
Et q̄s est ille quē p humilitatē imitari cō
temnis. O q̄ malus est ille quē sequeris:
t q̄ bon⁹ est ille a quo deuias. Ille ē dya
bolus. iste ꝓ deus. Elige quē imitari sit
meli⁹. o superbe nōne frons tua erubescit.
Erubesce vas stercorū vteri⁹ habere sup
biā. An ignoras q̄ deus supbis resistit.
humilib⁹ aūt dat gratiā suā. Exue veterē
hominē t indue nouū. videlicz dñm ihm
et reformabit corp⁹ hūilitatis tue cōfigu
ratū corpori claritat̄ sue. Discе queso vte
rus habere hūilitatē p humilitat̄ auctorē. Nam de eo sequit. venit ad symonē pe
trū. Et dixit ei petr⁹. Dñe tu mihi lauas
pedes. Respōdit iesus t dixit ei. Q̄d ego
facio tu nescis mō. scies autē postea. Quā
do dñs iesus pedes discipulorū lauare ce
pit. prius ad primū discipulorū venit. Et
idē petr⁹ expauescit q̄ de⁹ lauit pedes ho
mini. Nā pauore pterritus nō potuit susti
nere dominū ad pedes suos hūiliatū. Vi
derat eū aquaz in pelui mittere se lintheo
accingere. t mirabat forte q̄d vellet facere
Sed post̄q̄ vidit illū añ pedes suos vas
cū aqua portare genua flectere. t ad lauan
dū se ꝑparare multoq̄ ꝯ dici pōt mirac⁹
expauit. t magno timore pcussus ingemu
it t exclamauit dicēs. Dñe tu mihi lauas
pedes. Creator creature. deus homi dñs
seruo. magister discipulo: imo ei q̄ factus
est ex limo. Ille q̄ fecit oia ex nihilo. Surge
domie. Surge deus me⁹. Quid vis fa
cere. nō possum sustinere. nō possum ferre.
O culi mei te videre refugiūt. sic prodiuū:
sic prostratū ante pedes meos. Surge cre
ator. Surge deus me⁹. Surge lux mūdi.
Vita mea. gloria mea. Noli facere quod
te video facere velle. Ar ihs ait. quod ego
facio tu nescis modo. scies autē postea. Ac
si dicat. noli timere. noli expauescere. Re
uera petre magna sunt hec hūilitatis in
dicia: sz cito maiora videb̄ sic modo q̄ sic
optet fieri: licz nūc ignores hui⁹ rei myste
riuz. scies postea. Dyabolus est: exēplū est

qđ itur⁹ ad p̄em tibi telinq̄. Jō noli ꝓhi/bere qđ facere volo. Dic̄ ei petr⁹. nō lauab mihi pedes in eternuz. Absit a me dñe: vt mihi laues pedes in eternū. i. aliq̄ tpe. Rn̄ dit ihs. Si nō lauero te nō habeb̄ partem mecū. Q; dicit ⁊ nō pedes. sinecdoche ibi est: qñ q̄d est part; ⁊ toti attribuit. Ego sū aq̄ lauans. Ego sum aq̄ sctificans. nisi te lauero nō habeb̄ partē mecū. Petr⁹ audi/ens nō hēbis ptez mecū tot⁹ intremuit: ni hil iā ꝓtradices mgr̄o: nō tm̄ pedes: sz to/tū se offert ad abluēdū dicēs. Dñe nō tm̄ pedes meos. sz man⁹ ⁊ caput. Quid est q̄ dic;. Non hēbis partē mecū. O q̄ amarū est qđ dicis. Nō habebo ptē tecū Nōne tu vita mea: dulcedo mea: tota spes mea: sa/lus mea ⁊ oē ōsideriū meū Ecce me fac q̄c q̄d vis de me: laua pedes meos. ⁊ nō soluz pedes. sed ⁊ man⁹ ⁊ caput. Sz o dñe iesu. cū hoc sit verū q̄ null⁹ possit ptem hr̄e te/cū. nisi prius laueris eū. miserere mei: mi/serere mei. Ego sum ille tu⁹ petr̄ tot⁹ im mūdus: tot⁹ sord id⁹: partē tecū hr̄e cupio. tecū partez hr̄e desidero. Ne despicias me dē⁹ salutar; me⁹. Propiti⁹ esto mihi petr̄ ri. laua sordidū. laua inquinatuz. laua pe/des. laua man⁹. laua caput: imo totū cor/pus. laua mentē. laua aiam. laua me inte/rius et exteri⁹. laua me ab iniq̄tate mea: et a petr̄o meo mūda me. Si lauer; me sup ni ue dealbabor. O dñe iesu q̄s dabit mihi vt venias i cor meū ⁊ inebries me aq̄ tua: vt obliuiscar mala mea p̄terita et ꝑbū bo/nū amplectar te vitā q̄ nunq̄ morier; me/ternū. Dulcis eiby aie mee. Veni dñe ⁊ no li tardare. expectat ania mea peccatrix ad sufficient ⁊ ad bñ viuēdū tue gr̄e inspirati one. Dixisti petro q̄ lotus est. non indiget nisi vt pedes lauet. Ego nō sum petr⁹ lo/tus tot⁹ lauari indigeo. He tibi cōmitto fac de me q̄cq̄d vis. Tu aūt dñe in eternū bñdictus pmaneas. Qui lot⁹ est nō ind/get nisi vt pedes lauet. Hic innuit ap̄los esse baptizatos. sed nō legim⁹ vbi. Qui lot⁹ est baptismo. tot⁹ est mūdus. Sz qui iterū terrene hr̄atiōis puluere inq̄nat: ite/rū opus est pedes lauare. Quos lauat: do min⁹ interpellās p nob: ⁊ nosip̄ orādo in cōtritione cordis. ⁊ cōpunctiōe lachrymā/rū. Ille erā q̄ in ocio studet veritati. dū in alijs pulsanti sponse ap̄ire pgit pedes inq̄ nat q; ꝑtas hūiliter audit. sed sine piculo nō p̄dicat. Hec em̄ spōsa in cāticis cānico/rū se vitare velle demōstrat vbi eā sponso exhortāti ad p̄dicatiōz. sic inq̄ens ait. Et poliam me tunica mea quō induar illam. Lauī pedes meos quō inq̄nabo illos Di xerat ei spōsus. Api mihi sozor mea. ami/ca mea imaculata mea. q; caput meū ple/nū ē roze et cincinni mei gutt; noctiū. Ac si dicat. O sozor mea coberes mea. Ami/ca mea: ꝓscia secreto⁹ meo⁹. Colūba mea spūsctō illustrata. Jmmaculata mea terre nis curis exuta. Aperi mihi. i. fac me pua corda errantiū p dctāndo illustrare. Caput meū plenū est roze. i. deitas mea circū data charitat; feruoze est. Et cincinni mei gut tis noctiū. i. collectiōes fideliuz sententys hereticoꝝ. Ad quem spōsa. Expoliaui me tunica mea quō induar illa. i. deserui secu/laria quō repetā illa. Remoui me a p̄dica tiōe. quō reincipiā. Laui cogitatiōes ⁊ af/fectiōes quō inq̄nabor sordib⁹ mūdi. Sz hos pedes discipulis lauat dñs p spōsio nē sue oz̄onis vbi dī. Dimitte nob debita nr̄a. sic ⁊ nos di. de. nos. Q; sequit. Vos mūdi estis. sed nō oēs. oēs exponit euāge/lista cū dixit. Sciebat iesus q̄s eū erat tra ditur⁹ ꝓterea dixit nō est; mūdi oēs. Se/quit. Post q̄ lauit pedes eoz̄. ⁊ accepisset vestimēta sua cū recubuisset dixit iterū eis Scitis q̄d fecerim vob. Ego dñs et mgr̄. Exemplū. n. dedi vob. vt ⁊ vos ita facia/tis. Hoc si mēozie cōmendasset exposituz est. Post q̄ lauit pedes discipulorū. i. im/pleta purgatiōe p sanguinē suū accepit ve stimēta. q; immortalis factus. cū recubu/isset. i. cū ad dextrā p̄is sedisset dixit p spi ritūsanctū missuz i linguis igneis. O bea tos pedes. o pedes felices. q̄ tale ac tm̄ me ruerūt hr̄e lauatorē. De pedib⁹ electoꝝ di co: de iude traditor; pedib⁹ nō dico O bt̄ petre. o felices ap̄li añ pedes quoz̄ astitit hūit creator angel oꝝ. O b ā purgatō. O bt̄ā lauatio q̄ mūdat lepr̄osos. curat egro tos. vulnera sanat. cicatrices solidat. lumē donat cec;. gressum clau dis. pulcritudinē fedis. diuitias egenis. mestis letitiā. peni tentib⁹ veniā. mortuis vitā O grāde gau diū. immēsa letitia. Xp̄s post q̄ lauit, sua

fedis. diuitias egēis. mestꝫ letīciā. penitē tib⁹ veniam. mortuis vitā. ☞ grāde gau dium. Immēsa letīcia. Xp̄s post cp̄s lauit. Sua vestimēta accepit post mortē carnis gloriaz habuit resurrectōis. Post sangui nis effusionē accepit corpis imortalitatē Deide recubuit. Deide reqeuit. celos ascē dit. vbi sedet bñdict⁹ in dextera dei patrꝫ. De illo accubitu: discipul⁹ intonat: istruit docet p spiritūsanctū. t p ipōs itonat gē tib⁹ cūctis. Et quid dicit: Scitis q̄d fece rim vob. Vos me vocatꝫ magister t dñe: t bñdicitꝫ sum etem. Hoc est qō promise rat petro dicēs. Scies aūt postea. Hic in uitat ad sciēdum qō prius nesciebāt. Qō dicit vos vocatꝫ me magister t dñe t bñ dicitꝫ suz etem. Nō est de arrogātia. sed de veritate. Qui .n. necessitate cogente. vera de se bona loq̄tur tātomagis verus hūi litati iūgit⁹ cp̄to t veritati associat. Vos vocatis me magister: t dñe t bñdictꝫ sum etem Ego sū magister. Ego sū dñs. Ego sum magister sine erroze. Ego sum magi ster sine falsitate. Ego sum magister boni tatis. Ego suz magister sanctitatis. Qui sequitur me bene vadit. ambl'are male nō poterit. Ego sum domin⁹ vite. dñs mor tis. dñs celi. dñs terre. Creator cūctorū. t dñs omniū. Si ego q̄ laui pedes vestros dñs. t magister t vos debetꝫ alt' alterius lauare pedes. Sicut p̄i⁹ exemplo. sic nūc eos ꝓbo instruit magr̄ veritatꝫ. Hic .n. su mitur argumētum habēde hūilitatꝫ. ac si dicat. Si ego qui suz dñs t magr̄ laui pe des vestros. t vos q̄ nō estis magistri nec dñi debetis alt' alteri⁹ lauare pedes. Exē plum dedi vob vt quēadmodū feci vob ita: t vos faciatis t est sensus. Si ego la ui pedes vestros idest. Si ego dimisi vo bis peccata: q̄ suz dñs deus potens oīa t magister sciēs omnia ant cp̄ fiant Vos q̄ estis serui t discipuli debetis in vob pecca tibus dimittere t p eis orare. Exemplu z dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vob: ita t vos facite. Non eritꝫ boni serui si nō fuerintꝫ secuti dñm. Nec veraces discipuli si deuiauerintꝫ a doctrina magistri. Audi te p̄lati q̄ cathedrā tenetꝫ regiminis. Pu tasne tenetis exēplū dñi. Vnusquisq̄ no stru⁹ queniat p̄sciētiaz suam. Gaudeat si tenet. Si nō tenet iam non est discipulu t dñi. Melius illi esset si haberet molaz asi narū in collo. t demergeretur in profūdu z maris: cp̄ vt esset sortitus nomē abbatis. Melius illi esset si esset custos pecoꝝ: cp̄ q̄ esset abbas monachorū. ☞ peluis do mini. ☞ hūilitas christi: cp̄ lōge recessisti ☞ cp̄ sunt rari. ☞ cp̄ sūt pauci: qui aquā in peluim mittant. t flexo poplite ad lauā dum pedes discipulorū petāt. Peccat fra ter. offendit frater. in aliq̄ delicto cecidit. non est peluis nō est aqua. non est q̄ se p̄e paret ad illū abluendū. sed pot⁹ ad expel lēduz. Discite p̄lati q̄ hoc nō ē de regula christi. Ille lauit pedes discipulorꝝ genu bus flexis t vos nō vultis lauare sordes vestrorū conseruorū totis corporib⁹ in ter ram p̄ostratꝫ. Non est discipul⁹ super ma gistrū. Peccat mōachus: peccat cōuersus puluerez portat in pede: imo forte toto cor pore tabescit in cute. Tolle aquā. Tolle doctrinaz de peluib⁹ magistri: de p̄ceptꝫ dñi. curre ad eum nō in equos pharaōis sed in hūilitate redēptoris: vultu placido mente tranq̄lla: cp̄ citi⁹ potes lauare festi na ne puluis vertatur in scabiem. scabies ver tatur in lepram: et leprosus expellatur de grege domini. Sed si obstinatus fuerit: t emēdare noluerit. dicēs nō lauabis mi hi pedes in eternū. Dic t tu ei. Si non la uero te: non hēbis partem cū christo dño. Postea si cū petro assentire voluerit laua eum cuz omni humilitate māsuetudine t misedia vt tuipse misedia a deo cōseq̄ris. Quod si nō feceritꝫ nō tenes exēplū christi. nec es discipulus christi: Quod christus fecit facere dedignaris. Quod dñs fecit: seruū cur facere teder. nō est feru⁹ maior do mino suo. nec aplūs maior eo q̄ misit illū. Sicut ego patior et vos patimini. sic me humilio t vos humiliamini. si hec scitis que feci t docui bti eritis si feceritis. non de oib⁹ dico. Ego scio cp̄s elegerim. non de oib⁹ dicebat: q̄ iudas apostata erat. Ele gerat duodecim. sz vn⁹ diabol⁹ erat in dal scarioth q̄ ꝫ dñm leuat calcaneū. de q̄ ipse dixit vt impleat scriptura. Qui māducat panēmeū leuauit ꝫ me calcaneū suuz. O iuda infelix dñicum panē māducas t con tra dñm calcaneū leuas. Heu q̄nti iude: q̄

panē dñi mā ducant: ꝛ dñm in operib⁹ suis calce pcutiūt. Quāti de altario viuūt q̄ altari nō seruiūt. immo dñm altaris ꝑ nihilo ducūt. Heu q̄ magis dolenduꝫ est. quāti sacerdotes. sꝫ falsi sacerdotes q̄ panem christi corp⁹ xp̄i sumūt ore ꝛ xp̄m cōculcant pede. putridi fetore luxurie. infecti veneno nequitie. isti sunt iudas scarioth. qui nisi se meli⁹ commutauerit: vtinā nati non essent. Sed tu fue dei mōache xp̄i: tene exēplū. ꝛ hēbis ꝑ missū fac q̄ iussit. vt possis venire ad illā beatitudiē quā ꝓmisit: Sed ⁊ ammodo dico vob⁹ p̄ri⁹ q̄ fiat vt cum factuꝫ fuerit credatꝫ. q̄ ego sū. ꝛ est sensus. Vsq̄ huc tolleraui. ꝛ tacui. sꝫ tam noto ꝑditorē anteq̄ fiat. qō mor est facien dū: vt cū factū fuerit credatis. qz ego sū ille de q̄ scr̄ptura illa p̄dixit. Vos ergo frēs mei discipuli xp̄i. cogitate q̄d scarioth fecit. ꝛ videte ne cōsimilia faciatꝫ. Judas ꝫ xp̄m leuauit calcaneū. Vos aūt illū ꝑsternite corpus ꝛ aiaꝫ. Judas ab illo recessit. Vos aūt seq̄mini illū. Judas vēdidit illum iudeis vos aūt vendite q̄ habetꝫ: vt possitꝫ comparare eū. Nō solū q̄ habetis sed etiā vosmetipos ꝑ amore tāte pulchritudinis margarite ꝑ nihilo reputetꝫ ꝛ illi soli placere: quātū potestis ꝫtendite. Vt ego ꝛ vos ad illi⁹ gaudia sine fine mānsura q̄ ipe est valeam⁹ puenire ꝑ eundē mundi saluatorē. Qui cū patre ꝛ spūsancto viuit ꝛ regnat bñdict⁹ in secl̄a seculoꝝ. Amē.

Sermo tertius.

Quām de iure cōdicionis hūane: oēm homiez exire oporteat ad opus suū ꝛ ad opationez suaz vsq̄ ad vesperā ꝛ scr̄ptura. nō possit solui necesse ē: vt vnusquisq̄ dum in corpore viuit opari nō cesset. qō sibi expediat in eternū. Nam cito veniet tēp⁹ ꝛ hora quo labor ois: ꝛ vniuersa cura laborꝫ cessabit. ꝛ tūc ois homo scōm suū laborē mercedē habebit. Igit⁹ cū nihil sit dulci⁹ nec equi⁹ q̄ respicere. in mādatis dñi. i lege xp̄i meditari. Elegi qz mihi bonuz est lex redēptorꝫ mei sup millia auri et argēti: ꝛ de fructu laboꝝ meoꝝ cuilibz dare peteti. Tu aūt mi lector ausculta diligēter. ꝛ q̄d tibi ꝑ me loq̄t xp̄s obsua. Ipse ē q̄ null⁹ maior null⁹ melior. q̄ null⁹ pulcrior: null⁹ dulcior: null⁹ cartor. Glia sc̄oꝝ: dec⁹ āgeloꝝ. auctor ꝛ creator cūctoꝝ q̄ ait discipulis suis. Amen amē dico vobis q̄ accipit si quē misero me accipit. Et q̄ me accipit: accipit eū q̄ me misit. Postq̄ dñs ꝛ saluator nr̄ suo exēplo docuerat hūilitatem. ꝛ calcanei passionē supponit honorez vt eos ꝓfect. affirmās q̄ ipe ꝛ p̄ ei⁹ in ill⁹ recipit q̄ ꝑ illi⁹ amore recipiunt. Hic ē notandū q̄ in misso nō i missis sꝫ mittēt' auctoritas ꝓmendat. Qui ḡ accipit nuntiū xp̄i. xp̄m accipit. Et si xp̄m ꝛ patrē christi. Quid audis o xp̄iane. Veritas loquit veritas mētiri nō p̄t. Aut eīm q̄ accipit si quez misero me accipit. Quez mittit q̄s est eīm nūtius: venit paup. vēit mēdic⁹. aduena est ꝛ pegrin⁹ nō hz q̄d vestiat. nō habz q̄d māducet. nō hz vbi caput reclinet. Venit ad tanuā tuā. ad domū tuā: nō tanq̄ frat frēm. nō tāq̄ ꝓsor ꝓsorē sꝫ tanq̄ seruus dñm. petit panē. postulat vestē. apō te q̄rit hospitari ꝑ amore xp̄i. Quid tibi videtur Quis est iste mendic⁹. iste pegrin⁹ q̄ apō te ꝑ amore xp̄i tā hūiliter tā supplicit orat hospitari. Hūi⁹ xp̄i ē nūti⁹ xp̄i ē. ñ est sol⁹ cū illo est xp̄s. Gaudēs suscipe. Gratanter refice fui deuote cū timore ꝛ reuerētia magna. xp̄m suscipis. xp̄m refic̄. Gaude ꝛ letare q̄ talē meruisti hr̄e cōuiā. felix mēsa. btā mēsa: in q̄ xp̄s ꝓuina est. in q̄ de⁹ reficitur. infelix mēsa cui deest talis cōuiua. O q̄ misera mēsa. imo q̄ miser dñs mense q̄ paupē pellit a mēsa. q̄ paupi claudit misericordie viscera. O serue neq̄ cui⁹ viscera negligūt apire marsupiū pietatꝫ. Nōne oportuit te misereri conseruo tuo. Quis tibi donauit qō hēs. Nōne paupis ꝛ tui creator. Nōne natura vos creauit equales Et vna eadē ꝓditōe est' exituri. Cur nō te tangunt ꝓfinia sortis. Suscipe miseꝝ recolligē mēdicū ꝛ pegrinū. refice famelicū. vesti nudū. ꝛ opib⁹ miscōie ꝑut potes cū paup petierit manū apire. nō differas: nā elemo synā tuā cū pauꝑe fratre suscipit xp̄s. Te aūt mi lector ne pauperē q̄so abhorreas sꝫ tā cito cū illū videꝫ adorare ne negligas: sꝫ sit scabiosus siue leprosus. veste sordidus. anhelitu fetidus. tñ brachijs charitatis astringe ꝛ qō a te petierit caritatiue impēde. In ꝓximate dona xp̄o. accipit xp̄s. ipemet testꝫ. ipe mētiri nō p̄t. ꝛ i die iudicij

tibi redditur? est mercedē eternā. Sequit cū h̄ dixisset iesus turbat? est spū ⁊ protestatus est ⁊ dixit. Amē amē dico vob̄ q; vn? ex vobis me tradet. Qui turbatus iesus fuit ex nostra infirmitate. nō ex sua ptāte. n̄a infirmitas vere in eo turbata est. non sua potestas sicut et ꝑ passa. voluntarie accipit turbationē. ne despet seru? necessitate turbat?. Qui turbat spā significat p; turbandos spūales ex charitate. cū vrgēs causa. zizania a tritico aī messem cogit separe. i. aī diem iudicij cogit excōicare. Sz notandū est q; sunt due pturbatōes. s. turbatio carnis et turbatio spūs. Turbatio carnis est passio carnis. Turbatio spūs ē timor. anxietas ⁊ sitia. nō carne sz spū turbatur dñs: cū dictū esset. Vn? ex vob̄ me tradet. nō q; tūc ꝑmo subito cognouerit et repentinū malū eū turbauerit. Sz q; iam eū fuerat exp̄ssur? vt nō lateret. ⁊ ille erat exiturus ⁊ iudeos adductur?. turbauit eum ꝓximū gradū ꝓditoris sicut sup̄ dictū est turbauit eū iminens passio sicut inferi? dī nūc alia mea turbata est ⁊ q̄d dicā. Hec dixit appropinq̄nte hora passiōis. Turbat? est dñs iesus spū ⁊ protestat? est q̄d occultuz fuerat ⁊ dixit. Amē amē dico vob: q; vn? ex vobis tradet me. Ac si diceret. vnus ex vobis exitur? est ⁊ tradet me. vn? ex vobis sz nō vinculo charitat; vnit?: est me tradi turus. Aspiciebāt g̃ discipuli adinuicē hesitantes de q̄ diceret. nō mīma turbatio timor ⁊ anxietas ap̄lor mentē vexabat Putas quō petrus ⁊ seti ap̄li latebras fortis intrabāt: vt si in auctorē vite saltē incogitatione aliq̄d siniſtr̄ putassent. nō parum erāt turbati. nam pallor q̄ erat in facie declarabat dolorē q̄ vigebat ī mente. At nil doloris gerebat q̄ astutā rabido portabat sub pectore vulpē. nō erat dolēs cui lugēs dolor ineſſe debebat. O bonitas redēptoris. o pietas creatoris neminē vult perire: sz oīs fieri saluos. spāliter se designat intraditorē sinū ne fieret impudentior. vel ve recundior manifeste deprehensus. Manifestat g̃ crimen ⁊ dat locuz pnie vt proditor vidēs se latere nō posse agat pniam Sed vir ille ꝓditiōis nulli? pnie lamēta suscipiens talis vel peior remānsit q̄lis fuerat prius trans siens in affectū cordis. Illi ꝓ q̄r ingens ꝓcella doloris corda turbabat. ad inuicē aspiciebant dubitātes quo diceret. Quia ⁊ si nota fuit cuiq̄ cōscia sua alteri? tñ erat ignota. Erat g̃ recūbens vn? ex discipulis et? in sinu iesu quē diligebat ihus felix in q̄ discipul? ille cui sic erat familiaris auctoris vite q̄ nūc est ⁊ future. nimis honoratus est discipul? ille. q̄ sui capitis bauit reclinatoriū tā venerabile pect?. s. iesu xp̄i creatoris cūctor. Ihesus aūt valde eū diligebat quē tāto honore sublimabat o q̄ bene q̄escebat q̄ sup̄ pect? xp̄i q̄escebat o btē ap̄le dei discipule iesu xp̄i. Joannes btē vtinā mererer illi? dulcissimos pedes osculādo lachrymis rigare in cui? pectore tui meruisti dormire. Vtinā facie illi? alō gesaltē possem cōtemplari in cui? pectore tam dulciter dormire meruisti. hic em̄ de se q̄si ō alio dicit: vt rex gestaꝝ scriptor nō sui videak p̄dicator esse. Per sinū siue pectus significabak illō secretū de q̄ bibit diuinitat; sacrm. Hūc diligebat ioannē nō plus oīb̄ sed familiarius vt p̄ pacem exiret de vita. nō p̄ passionē Huic innuit symon petr? ⁊ dixit. Quis est de q̄ dic̄. Sciebat aūt petr? q̄ xp̄s quodā ꝓuilegio amoris. ioannē diligebat: nec ei celaret sue diuinitatis secretū. Innuit ideo ei petr?: vt interrogaret eum q̄s est.

Jta ꝙ cū recubuisset sup̄ pect? iesu dixit Dñe q̄s est. Et merito de ꝓditore suo magistrū interrogare nō timuit cui tam in sinu diuinitat; ꝓtatis mḡr rimari secreta polorum mōstrauit Et dicit dñe q̄s est. quis est ille infelix. q̄s est ille nec̄: q̄s est ille maledictus. quis est traditor tu?. Illuz mihi rogo ne celes cui tue diuinitat; secreta es dignatus reuelare. Cui dñs. Ille cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panē dedit iude symonis schariotis.

Panis intinctio: significat fictionē iude q̄ fictus amic? venit ad cenā. Que em̄ tinguntur nō mūdāt sz inficiūt. Sz q̄s panis iste fuit quē iudas accepit intinctū. Si dñs dedit lectorē meū si audire digḃit nō reliquā suspēsū. Sz ꝓmū sciendū est q̄ panis multiplicit accipit ī sacra scptura. Per panem aliquando intelligit dñs. aliquādo gratia spiritualis. aliquādo eruditio diuine doctrine. aliqū hereticoruz predicatio.

Aliqñ subsidiū vite pñtis. Aliqñ iocū ditas humane delectatiōis. Dñs dr panis sicut ipe ait. Ego sum panis viu⁹ q̄ de celo descendi. Si volum⁹ dicere q̄ dñs fuit ille panis quē traditor accepit intinctum. nō relinq̄mus tramitē p̄itatis Judas igitur panē intinctū accepit qr dñm iesuz tm̄ hoiem z nō deū putauit. Buccellā intinctam vel panē subcinericiū intinctū comedit qr etsi dñm morituz tm̄ resurrectuz nō credidit. Iste beatissim⁹ panis fuit intinct⁹ cū si pedes z man⁹ in cruce p nr̄a salute fuissent fixi visus est nō habere spēm nec decorem. Hūc iudei q̄ p iudā significanť panem intinctū comedūt: qr xp̄m iesum non deū sz puz hoiem fuisse credūt z morte illius p̄cedūt. Sz resurrectionē adhuc non admittūt Panē intinctū rodit q̄ filiū ꝟgis añ oia secl'a fuisse p̄dicit. Ab illo panis intinctus roditura q̄ fidei soliditate demat. nec hūc panē solidū digne poterit q̄ fidez catholicā voluerit infirmare. Dicit pāis gr̄a spūalis vt est illō ꝓphetic⁹. Qui obturat aures suas ne audiat sāguinē z claudit oculos ne videat malū. iste in excelsis habitabit. munimenta saxoz sublimitas ei⁹ panis ei⁹ dr⁹ est: aque ei⁹ fideles sunt Et est sensus. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinē. id est q̄ suadētib⁹ peccatz: q̄ carne z sanguine nascunť nō p̄bet p̄sensuz z q̄ claudit oculos suos ne videāt malū. i. oīm qō rectitu dini aduersum est nō approbinquat. iste in excelsis habitat qr q̄uis eū adhuc caro in inferioribꝫ retinet mentē tm̄ in sublimib⁹ fixit. Munimēta saxoruz sublimitas ei⁹ qr q̄ abiecta desideria terrena p̄uersationis calcat ad supnā patriā p p̄cedentiū patz extra se subleuat. z qr p cōtemplationis dñi gr̄a spāli satiať apte iūgitur. Panis ei datus est. i. donū gr̄e spāl' p̄cipit. qr se ab infimis z imis celestia sperando suspendit. Hunc igiť panē. s. gr̄am quā illi dederat dñs intinctū accepit qr in iesum p̄sumatorē ꝟtutū nō amorē sz rancorem exercuit Huic debebať panis intinctus cui⁹ sanctitatē vult⁹ palliabat sophisticus. nam religionez simulabat in facie. quā nō hēbat in mēte. Sānctitatē p̄tendebat i veste quam alienabat in corde. foris agn⁹ in publico int⁹ lupus i occulto. foris discipul⁹ xp̄i int⁹ discipul⁹ diaboli. Multi em̄ hūc panē comedūt qr religionē quā p̄tendūt in ꝟbo nō ostendūt in facto.

Quāti monachi in monasterio sci benedicti sunt q̄ alys lugentib⁹ rident. Alys dolentib⁹ gaudēt. Corpe claustrales mēte vagi z nūq̄ stabiles. Pigri ad lectionem tardi ad orōnem. in eccl'ia dormientes. in refectorio vigilātes. de vigilys lōgis dolētes, sed de lōgo cōuiuio gaudētes. claustz execrātes. auditoriū diligētes. extra chorū p infirmitate frequenti⁹ remanētes. infirmitoriū nō p infirmitate carnis: sz p desiderio carnis toruis luminib⁹ aspicientes. Sēp murmurosi z detractores. Quid ali ud isti miseri agūt nisi q̄ panē intinctū comedūt: p̄fecto isti tales traditorē iudā sequunť: z cū iuda nisi resipuerint videant ne dānenť. Seq̄tur. post buccellā: tūc introiuit in eū sathanas. z dicit ei iesus. Qō facis fac citius. Quidnā em̄ putāt q̄ tūc iudas corp⁹ xp̄i accepit. Sz sciendū est q̄ iā oīb⁹ distribuerat dñs sacr̄m corpis z sanguinis sui inť q̄s z iudas fuit. Deinde p buccellā intinctā exp̄mit traditor. Multi em̄ falsi religiosi z falsi tonsurati cū p̄ie religiosis cōiter dñicū corp⁹ accipiūt. ab illi discerni nō p̄nt nisi p buccellā intinctā que est detractio, murmuratio. inobedientia verboz lasciuia occulta peculia: z forte ḡuiora pcā. Qui talis est. monach⁹ nō est imo iude traditori ꝑsimilis est Sz q̄sq̄s est miser ille timeat penitēdo qō sequitť: ne cū iuda traditore dānet. Sequitť em̄ Tūc introiuit in illū sathanas vt pleni⁹ possideret i quē iam intrauerat. Tūc introiuit vt deciper z a cōsortio apl'oz extraheret: vt eo iā nō i occulto: sz manifeste vtēs libera prāte i baratro p̄ditionis mactaret z p̄deret. Et qō de traditore fecit h̄ de ꝑsimilib⁹ facere nō desistit. Hā quē diu i monasterio possederit seruū, ad|vltimū nec socū monachoz relinquit z traditorē quē i monasterio tenebat iam extra monasteriū necat. Sz qm̄ finez mūdi citi⁹ affuturū esse nō dubitat callidi tatem sue neq̄tie mēti⁹ p̄uoruz occultat vt ex improuiso feriat subite morris pena q̄s diu tenuit alligatos i malicia p̄ue actionis. Et m'tos i monasterio vsq̄ ad mortem stare p̄mittit: vt ex illoz p̄uersitate ali

os corrũpere ⁊ euertere possit. Et qz ꝓ incõtingẽti tenet an i monasterio an extra monasterium miseras aias occidat ⁊ mactet. nos illi⁹ insidias dño ꝓtegente vitantes qđ dicit. s. qđ facis fac citi⁹ exeq̃mur. Aaz quod dicit: qđ facis fac citius non precipit sed ꝑ dicit. Jude malũ nob bonum: qz ħ vult citius fieri nõ tam festinãdo i illius penã q̃ꝫ in salutẽ fideliũ. o amor iremiabilis. o charitas inestimabilis. o dilectio inscrutabilis: qđ facis fac citi⁹. Illđ cupio. illud desidero. illđ q̃ro. ad ħ veni in hũc mundũ. Qđ facis fac citi⁹. Vis me vendere iudeis: volo vẽdi. Vis tradere. volo tradi. Vis vt crucifigar: volo crucifigi. Vis vt occidar: volo occidi. ħ amo: ħ affecto. Qđ facis fac citius. Sz iesu vita mea: totũ desideriũ meuz. dulcedo non fallax. dulcedo felix. dulcedo delectabilis dulcedo gl̃osa. dec⁹ angeloꝝ. splẽdor ⁊ gloria scrõꝝ. q̃ꝫtuz eos diligebas ꝓ qb⁹ mori cupiebas. nobis vitã tibi mortem affectabas. o miseꝝ me quẽ hacten⁹ tam nequit offendi. quẽ olim sic abhorrui. heu dñm te fum. Jꝑ est dñs me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. heu vtinã mille annis in purgatorij igne essem cruciandus anteqũ dñs iesus a me sic cẽt offensus. o mi lector ꝓ me lachrymas funde ad dñm: vt nũc me clamantẽ audiat. pulsanti aperiat. ꝓsolek lugentẽ. dolentẽ. penitentẽ benigne suscipiat. o dñe iesu miſere mei. redde mihi locũ ditatẽ vult⁹ tui Qui ꝓ petoꝛibus dignat⁹es mori me peccatorem rogo ne pmittas eternis ignib⁹ cruciari. o dilectissimi frẽs animaduertite: sedula cogitatione pẽsate q̃ꝫtũ est amãdus: q̃ꝫtũ est diligẽdus q ꝓ nobis est talia ⁊ tãta opprobria passus. q se tradentẽ ad mortẽ sic sortabat dicẽs. qđ facis fac citius. Seqũtur ħ autez nemo sciuit discũbentiũ ad qđ dixerit ei. Quidã em̃ putabant qz loculos hẽbat q̃ diceret ei iesus. Eme ea q̃ op⁹ sunt nob ad diem festũ aut vt egenis aliq̃d daret. loculos hẽbat in q̃b⁹ oblata seruabant⁹ suoꝝ necessitatib⁹ ⁊ alys indigentib⁹ in ꝙ datur forma ecclie seruãdi necessaria q̃ iubet nõ cogitare de crastino me ꝓ terrenis seruiat. vel ꝓ timore inopie iusticiã deseras. Cũ ille accepisset buccellaz exiuit continuo. Erat aũt nox qñ exiuit fili⁹ tenebraꝝ facies ogã tenebrarũ. Nos igit̃ q̃ sum⁹ discipuli xp̃i: videam⁹ ne panẽ intinctũ comedam⁹ religionẽ quã tenem⁹ i vestes eruem⁹ i mente. ⁊ scitatẽ quã bitus exterior palliat intus anim⁹ teneat ne i hoza noctis eream⁹ a domino reprobati i stagnũ ignis ⁊ sulphuris cũ diabolo cremãdi. Illi ꝓ viribꝫ inhere amus: qz bonus est illi adherere. adhereat tibi dñe aia mea. ita tibi adhereat vt a te eã recedere nũq̃ ꝑmittas: sz ad te q̃ ꝓ te gemit q̃ꝫ toti⁹ ꝙsolandã ꝓducas. Cui ẽ honor ⁊ gl̃ia i secl̃a secl̃oꝝ. Amẽ.

Verbũ dei q̃nto ampli⁹ ruminat in ozetãto dulci⁹ sape oz i corde. Et ꝗbi diuini mẽs delibata sapore se ingerit alabastꝝ vnguẽti cupientib⁹ aperire nec thesauꝝ diuti⁹ celari patit. q̃ suscipit incrementũ dũ a plurib⁹ erogat. Vñ non imerito diuinoꝝ florez eloq̃oꝝ q̃s de pomerio dñi ipo sumpsim⁹ largiente ꝑ suauitatum odore manib⁹ portare q̃cũq̃ gestierit sibi largiri gaudebim⁹. Sz rogo meuz lectorẽ. ne illos ab amorib⁹ sui cordis abiciat. nõ odor tã suauissim⁹ emanet q̃ corde cõtritos sanat ⁊ vulneꝝ cicatrices cõsoliđat. odor iste oim suauitatũ in se continet monarchiã: qz oẽm balsami odorẽ excedit ⁊ q̃cq̃d in odorib⁹ cõtinet. Hũc tm̃ actalẽ odorẽ si toto cordis olfatu odorare nõ desieris ineternũ ꝓculdubio xp̃o pibis qm̃ est resurrectio ⁊ vita. qui credit in cũ etiam si mortu⁹ fuerit viuet. odor iste oim odoruz suauitas dñs iesus est. odor bonus. o odor suauissimus melle ⁊ lacte dulciorꝫ nectare suauior gẽmis ⁊ auro p̃ciosior. Iste odor est ꝙbũ illđ de q̃ locuturi sum⁹. Verbũ qđ caro factũ est ⁊ habitauit i nob. A ꝙbo isto sp̃ ꝙba mea ꝓcedãt ⁊ nihil aliud q̃ꝫ ipsuz valeãt tã relonare dñm. s. iesum q̃ de seipo ait. Nũc clarificat⁹ est fili⁹ hois. Existẽte iuda ꝓ q̃ dixerat: nõ est⁹ mũdi oẽs. remãserunt soli mũdi cũ suo mũdatore in q̃ significat clarificatio xp̃i. in q̃ separat⁹ mal' manebit i eternitate cũ seris ita est. Sz aliã exposition ẽ h amor xp̃i reqrit q̃ nec dz scribi sine lachrymis nec sine lachrymis legi Xp̃s de ꝓpria passiõe: imo de ꝓpria morte qua ꝓ salute mũdi exoluere disposuerat gaudz ⁊ triumphat: lerat ⁊ exultat ⁊ ait. Nũc clarificat⁹ est fili⁹ hois. o dñe iesu fili hois fili

marie ꝙginis cariſſime amātiſſime dulciſſime ſpecioſiſſime vita ſcōꝫ ⁊ dulcedo angeloꝝ quō glificarꝫ. quō clarificarꝫ. nōne tibi adhuc īmunet vincula ꝺbera carnifi cuꝫ oppbria hoīuꝫ ⁊ abiectio pleb. Spuꝫta claui. colaphi Spinea corona arūdo ꝓ ſceptro cruꝫ lācea. An vlciſci malīs a tergo: ⁊ victū ad iudicē adduci ⁊ tanq̄ latronē ad ludibriū poni ē clarificatio tua. An aſcēdere crucꝫ patibulū ⁊ tā triſte ferre ſuppliciū eſt ne letitia tua ē ne gaudiū tuū mori. ſ. ꝓ ſalute generꝫ hūani Quid ad hec dicem⁹. q̄d reſpōdebim⁹ frēs mei. Hic vox debet ſilere lachrymē dicere. h ꝑmo tacere ⁊ fler⁹ clamare. Xp̄s de⁹ nr̄ ꝓ nihilo imo ꝓ gaudio mortē ducebat q̄ nos a morte ꝑpetua liberat. Et licꝫ tā cito moriatur⁹ tamē ſcīm clarificatū dicebat. qz tūc ſic patiēdo imo ſic moriēdo mēbra ſua fideles ſuos clarificabat O bone mōache bone xp̄iane recogita annos tuos prauos in amaritudie aie tue. Statue xp̄m ſic crucifixū ab vno latere tuo: ⁊ tua petā ab altero ⁊ int̄ hec poſit⁹ vide q̄d agas. Cōtēplare agnū cōtēplare xp̄m dn̄m tuū. ſic ī cruce extenſuꝫ: ꝓ te tā impie paſſuꝫ. Cōſidera turpitudies carnis tue: prauas affectiōes aie tue. fūde lachrymas ad crucifixū: te ſaluā parat⁹ eſt q̄ ꝓ te talia paſſus eſt. Hūc clarificat⁹ eſt filiꝰ hois ⁊ bñ filiꝰ hois. ⁊ nō hominū: qz ſine virili ſeie de pura ⁊ itemerata ꝙgie nat⁹: de patre ſine mr̄e in celis eſt genit⁹. Cui⁹ mat eſt ꝙgo cui⁹ pater femi nam neſcit. Iſte inq̄ filiꝰ hois valde clarificat⁹ eſt qz q̄q̄d filiꝰ dei habuit ꝓ naturā filiꝰ hois habet ꝓ gratiā. In iſto filio hois marie. ſ. ꝙginis clarificat⁹ ē de⁹. In quo eſt clarificat⁹ i ſalute lāguidoꝝ. i illuminatōe cecoꝝ. i reſurrectoe mortuoꝝ ⁊ ī oīb⁹ opib⁹ ſuis. p̄ris ſui ſp facies voluntatem. Et de⁹ clarificauit eū i ſemetipō qz vn⁹ de⁹ cū p̄re. vna diuinitas. vna mateſtas. ⁊ hec clarificatio eſt ab eterno. Hanc clarificationē morti appropinquās ſm q̄ hō a deo p̄re ſibi dari poſtulabat cū dicebat. P̄r clarifica me apd̄ temetipm claritate quā habui ꝑ ſq̄ mūdus fieret. Claritate nāq̄ quā hēbat ſm q̄ de⁹ volebat habere ſm q̄ hō. Et hūana natura ꝙbo vnita q̄ tūc erat paſſibil⁹ ⁊ mortalis: cito fieret ipaſſibil⁹ ⁊ imortal⁹. ⁊ h̄ eſt qd̄ dr. Et continuo clarificauit eū. Tu q̄ xp̄iane q̄ cupis hereditatē hr̄e cū xp̄o. deū patrē ſp clarificare memēto: ī pura cogitatiōe. ſerena locutione. ordinata actōe ī oīb⁹ motib⁹ tuis vt te q̄cūq̄ viderit glificet deū ⁊ bñdicat dicens. bñdict⁹ ſit deus ī celo ⁊ ī terra q̄ talia opat⁹ ī ſeruis ſuis. Profecto ſi cū xp̄o clarificauer⁹ patrē cū xp̄o eiuſdē p̄ris hēbis hereditatē. Magnū eſt qd̄ dico. Cōditiōis hūane excedit dignitatē. hoīez de terra terrenū. de puluere puluerē factū in celuꝫ ad xp̄m aſcēdere ⁊ aſſidue cū xp̄o regnare. q̄s vnq̄ audiuit ſil'e. q̄s vnq̄ tale vidit aliq̄d. Reuera magnū imo nimis magnū. et licet tā magnū tn ꝑe magnū. Ipa veritas dixit. Volo pat vt vbi ego ſum illic ſit et miniſter me⁹. Tu ita q̄ monache bñdicti eſto ī ꝙitate bon⁹ miſter xp̄i religionē non ſimulās. ſeritatē nō paleās. hūilitatē non relinquēs vſq̄ ad mortē obedientiā tenēs ⁊ ſic cū xp̄o regnab. q̄ diſcipul' ſuis ī conſequentib⁹ ait. filioli adhuc modicū vobiſcum ſum Filiolos appellat quos p̄ mēris teneritudie adhuc plenarie robur fidei nō ſolidabat. nā vſi viuere lacte nondū erant ꝙdonei ad veſcendū ſolido pane. Et ideo filioli qz paruli: ⁊ tāq̄ paruli ī xp̄o lacte paſcebant nō eſca. Nouerāt xp̄m ſm hūanitatem ſz caligine mēris obducti xp̄i vacillantes tenebāt diuinitatē. Poſſum⁹ etiaꝫ dicere q ꝑ amoris magnitudie diſcipl'os ſuos filios appellauerit. Moris em ē parentū paruulos ſuos filios delicati⁹ enutrire: q̄ magnos ⁊ ſepi⁹ amplecti ⁊ crebrius oſculari. Et cū de hac vita mortis acerbitas eos exire ꝙpulerit circa paruulos totuꝫ gremiū charitatꝫ expādūt. eoſq̄ brachys aſtringūt ⁊ i eoꝝ oſcul' ruūt magꝫ paruloꝝ q̄ adultoꝝ orbitatē plorātes. Et illi paruli videnſ: q̄s inuūcti amoris cathena connectit. cū tutela p̄na ill' tā ſuffragari non poſſit. Tūc filios ſuos paruulos tenēt ī cogitatōe: q̄s nō mimos tn ī amore ꝙtinent. Sic ⁊ dn̄s nr̄ ſuos diſcipl'os filios appellauit. q̄s itur⁹ ad p̄rez nō mimo charitatꝫ affectu dilexit. Vultuꝫ eos diligebat q̄s tā filios appellabat. Qui ait. Hodieum

tps vobiscū suz. H est modicū illō tps q̄ in hac carne mortali vobiscū suz. pñtē cernere me potestz. Sz tollā crucz patibulū. cito soluā mortis ipenū. Cito veniet tēpus z hora q̄ tā nō ꝓ hoīe videar reputari. sed cro tāq̄ opprobriū hoim z abiectio plebis Tūc q̄retz me. cupietz me seq̄: sz tiore mortis pcussi nōdū ex alto ꝓtutz iduti aiaz vestrā ꝓ me ponere nō poteritz. z h est qđ ōr. q̄ ego vado nondū potestz me mō seq̄. z est sensus. vado ad pñz: sz ꝑ foramen acus. p angustias passiōis. p dolores mortz Sed nō potestz me mō seq̄: qz pauidi z timidi veluti hedi i lacte mris ad imolādū nōdū ydonei. sz veniet tēp9 z hora q̄ penit9 tiore expulso nō solū crucz suppliciū. sz qđ neq9 potit excogitari tormētū ꝑ meo amore eritis subire pati Filioli mei adhuc modicū vobiscū sū. o dñe iesu adhuc charitas tua me ꝓpellit repetere modicum iesu. iesu dñe me9 z de9 me9 vita aie mee peccatricz tue. pmiū pegrinatiōis mee. Jstō modicū tm fuit amaz tibi. Jn isto modico fact9 es opprobriū hoim z subsānatio ppli. Jn isto modico sic aq̄ effusus es: z dispsa sūt oia ossa tua Jn isto modico pcussus est pastor z dispersē sūt oues gregis. Jn isto tā amaro modico speciosus forma p filys hoim visus ē nō hre spēz nec decorē. Jn isto modico dicendū me9 imo iesus me9 dñs me9 añ portā ciuitatz i tympano siue carnis tympani zabat: z psallebat dicēs heloy heloy lama zabatani. h ē de9 me9 de9 me9 q̄re me dereliquisti. Jn isto modico dña mea mr tua ꝓgo ieorrupta. ꝓgo itemerata. ꝓgo añ ptū ꝓgo p9 ptū tui. Dr tua imo martyr tua. martyr nō ferro carnificz: sz acerbo dolore cordis: q̄ptū amare flebat. q̄ptū amare dolebat. Hec miz cū te videret vnicū suū totum desiderū suū i cruce extensum morti vicinū. imo iclinato capite tradere spiritū Jstud modicū dñe iesu amaz tibi z amaz dulcissime mr tue. vtinā amaz sic eēt mihi: vt i isto modico fuissem iuxta crucē dñi mei: vt quē adhuc videre nō possum cum pñe manentē saltē i cruce positū mortuum videre meruissem. Jstō modicū q̄ felix q̄ iocundū q̄ gliosum fuit illi latroni: q̄ illo modico meruit a dño suo audire. Hodie mecū erz i paradiso. o vox dulcz. o vox delectabilis. hodie mecū eris i paradiso. o dñe iesu. qđ dulci9. qđ delectabili9. qđ iocundi9 q̄ esse tecū i paradiso. nihil prorsus penitus nihil. Quid g̃ dicā. qđ factā. q̄ adhuc i huius pegrinatois erūna ꝓstitut9 tā lōge exulor a delitys paradisi dei mei. O bone iesu esto mihi iesus. Recole saluator: qđ z ꝓpter qō passus es: z miſere mei ipsa te cogat pietas vt mala nra supes pcēdo z voti ꝓpotes me tuo vultu satics Tu esto meum gaudiū q̄ es futuz pmiū. sit mea in te glia in secm seculi. Qui cū patre z spiritu sācō viuis z regnas tc.

Homelia. v.

Mandatū nouū do vob: vt diligatis inuicē sic dilexi vos. Qui mādatū dñi nō ignorat: necesse est vt sm illō viuere nō negligat Nā seruus sciens volūtatē dñi sui z nō facies: plagz vapulabit multz. Qui aūt fecerit: diuitys z honoribz ditabit multis. iuxta qō dñs oim ait discipul suis. Bti eritis si feceritis q̄ ego pcipio vob. Dulcz dñs dulce mādatū ꝓposuit. Ait em. Mādatū nouū do vob: vt diligatz inuicē sicut dilexi vos. Mādatū nob ꝓponit amoris qui dilexit nos z lauit nos a pctis nris i sanguie suo. O bonum mādatū. mādatū dulce. mādatū delectabile. mādatū vite. mādatū salutis eterne. Jn isto mādato ois lex pēdet z ꝓphe Hoc est illō vnū mādatū de quo dictū est. qui oia mādata seruauerit. offendat aūt i vno idest in charitate fact9 est oim reus. Vnō apl's enumeratis gdibz q̄busdā ꝓtutum de charitate. ptin9 addidit dicēs. Charitatem aūt nō habeā nihil mihi pdest. Hec ē illa pciosa margarita. quā dū iuenit sponsa dilecti dedit oia sua z ꝓpauit eā. Hec ē illa scala q̄ in somnis iacob apparuit. que vsq̄ ad celū tēdi videbat ꝑ quā q̄dā descēdebāt z q̄dā ascēdebāt. Per hāc em z angeli descēdebāt z nos ascēdimus ad angelos: qz sine hac scala null9 scādere pt ad celestia regn. Et in ipo nixu scale ipe dñs angeloz iuent9 est q̄ dicit. Mādatū nouum do vob vt diligatz inuicē sicut dilexi vos. Jste in q̄ dñs dat pceptū frēz amādi a seruis suis q̄ ex oi corde dz amari. nec ē magnū si tātū diligit fu9 dñm q̄ptū dñs seruū.

Immo mᵹis a suo dñs debet amari cū nō illi seruus sz seruo dñs valeat suffragari. Seruꝰ q̄ ex toto corde diligit dñm suū. illiꝰ tota ꝑtute satagit obꝑuare ꝓceptum. Et cuiꝰ preceptū despicit restat proculdubio vt ipe actor ꝓcepti negligat. nā q̄ non dilexit proximū i veritate despicit xpi mādatū. z q̄ mandatū xpi despicit: despicit et xpm auctorē mādati. nos g̃ dilectissimi fratres z xpm diligamꝰ z eiꝰ precepta fuemꝰ ꝓceptuz dñi lucidū oculos mēz illūinās dulciora sūt xpi ꝓcepta sup melz fauū z i custodiēdis illꝰ retributio multa ipe dñs xps. Igit mi lector regulā ꝓcepti serua et securꝰ expecta ipm ꝑ ꝑmio auctorē. habere mādati. bonū mādatuz. vñ tm̄ z tale puenit ꝑmiū. istud inc̃ mādatū a nobis irrefragabilit debz obꝑuari cū exide dñz xpm nō dubitamꝰ pmereri. hoc ē illō mādatū qō itur ad pez relict discipul suis. immo istud est testamentū qō moritur dimisit heredib suis. Ait em̄ discipul suis. mādatū nouū do vob dicit dñs meꝰ xps d. s. nouū i ct. vñ nouū. Nup iuētū. nō qz i veteri testamēto est scptū. diliges dñz deum tuū. qd ē g̃ nouū. Nouū: qz vetera ad nouitatē ꝓducet z veteres boies transformat in iuuenes. Nouū qz exuit veterē hominē z induit nouū. q̄ scōm deū creat est in sctitate z iusticia vitaz. Nouū qz olim genꝰ hūanū a paradisi gaudijs expulsū nec z ꝗtidie trāsmittit i celū. Sed q̄ñ multi se diligūt ea dilectiōe q̄ tramite vitaz nō gaudet. ideo adiūctū est sicut dilexi vos. Int amorē et caritatē talis est differētia: q̄lis int genꝰ z spēm est qd i amore bonꝰ: z est quidā amor malꝰ z amor mediocris. Amor bonꝰ ipa charitas ē: q̄ diligimꝰ dominū sup nos z sup oē qō est z primū nostrū tāc̃ nosmetipos. amor malꝰ est charitatis inimicꝰ: vt puta scenosus lubricus z fornicariꝰ. isti amores ꝟriozꝫ vt oppositorum int se hitudinē sortiunt. vnꝰ merituz alius suo possessori acqrit supplicū. aliꝰ pnā. aliꝰ glaz. aliꝰ morte. aliꝰ vitā. aliꝰ paradisum. aliꝰ infernū. aliꝰ deū. aliꝰ diabolū. Amor medi est q̄ nec charitate cōnectit. nec amore scenoso fedat. sic amor filio ꝑ parētū z ognatoꝝ z aliaꝝ rez q̄ iuste z sine periculo possident: z vt isti amores duo ab illo amore q̄ est charitas excludāt. ihs addidit sic dilexi vos. Sz q̄s vnc̃ hoim potuit vel potit tale obꝑuare mādatū q̄s vnc̃ sic dilexit ꝓtios sic xps apl̄os. Nullꝰ vnc̃ vñ notandū ē q̄ istō sic nō ē expssiuū q̄ntitatz. sz siltudis. z ē sensus. eo mō q̄ dilexi vos. eo mō diligite vos inuicē Quō nos dilexit: audi. sic dilexit deꝰ vt vnigenitum suū daret vt ois q̄ credit in eū nō ꝑeat. sed hēat vitā eternā. sic nos deꝰ pr amauit q̄ vnico filio suo nō pepcit sz ꝑ nob tradidit illū. xps itm̄ nos dilexit q̄ ꝑ nob pcōrib aiaz suā i mortē tradidit: z suo sanguie lauit nos a pcis faciēs nos de pcōrib iustos de mortuis viuos de terrigenis celibes de frenis celestes de ꝓsortib iumēto ꝓsortes angeloꝝ. Būdictꝰ sit iste amator q̄ mādatz hēmꝰ vt nos inuicē diligamꝰ sic dilexit nos. Sz fortasse ōt aliq̄s. ō hac dilectōe vacillor z quō diligēdꝰ sit ꝓximus min ꝑfecte itelligo. Vnde q̄dē nō possuz ꝑ fratre sic xps dñs voluit mori ꝑ nr̄a salute. Ad quē ego supꝰ dixi. Qō sic nō est expssiuū q̄ntitatz sz q̄litatis. Si nō potes eq̄ ambl̄are cū xpo. saltē alōge imitare vestigia eiꝰ Si nō vales diligere ꝓximū tuū plusc̃ teipm qō xps fec moriēdo ꝑ salute generz hūani saltē dilige eū tāc̃ teipm. h̄ faciendo illi qō ab eo tibi vis fieri. Sz dices forte: Nec h̄ possuz. cui ego. nō de ipso sz de ꝓsilio. Si h̄ obꝑuare nō potes vide ne facias alteri qō tibi non vis fieri. Sic ei diligēdus ē ꝓximꝰ: vt i illo sp diligatur deꝰ. Si sic diligz ꝓximū cōplesti mādatū. sic ei dz diligi ꝓximꝰ vt amoris cā sit sp deus. nō ār ꝓximꝰ. Si. n. tm̄ ꝓ teipm diligit tā nō erit charitas: sz amor mediꝰ vel forte qō absit amor pessimꝰ. z q̄ tali amore cecāt. nisi penituerint xpi amore eternaliť ꝑuabunt. Nos g̃ frēs q̄ a xpo xpiani vocamur z sumꝰ: z q̄ spretz oib frenis trāsitorijs atz caducz cū totz amoribz cecz illi soli adherere cupiētes i fraena charitate fūdemur vt illiꝰ mereamur vocari z eē discipli q̄ apl̄is suis z nob ꝑ ipos mādauit dicēs i h̄ cognoscēt oēs q̄ mei estz discipli si dilecti onē hūerit z adiuicē. i h̄ ei discernūt filij lucis a filijs tenebraꝝ. discipli xpi a discipulis diaboli si gremiū charitatz iuicē z ad oēs extēdūt. Exēpla sinū amoris nullum

valet relinq̃re charitas Oia ꝓplectit ⁊ cõtinet vniuersa atq; se erogat cũctis cõem. Charitas ē affectio mẽt; brachijs amoris xp̃m astrigẽs. Charitas amor imẽsus. cẽlũ terrãq; ꝓplectẽs. charitas inuincibilis amor q̃ nunq; minis nec supplicijs cedere nouit. Caritas idissolubile vinculũ amoris ⁊ pac;. charitas ē ꝯcept⁹ mũdi ⁊ amor dei. charitas regina ꝑtutũ ad nulli⁹ vitq; pauet occursuz: dotata sanguĩe xp̃i cẽsu. in frõte vexillũ baiulãs crucẽ. cũctos aduersarios i fugã querit: nec est q̃ possit resistere viribꝫ suis huic nil mali accidere p̃t: sed sp ⁊ vbiq; manet secura. hec ē illa arma et scutũ q̃ rogat ꝓpha i certamẽ posit⁹ dñm accipe cũ ór. Appñhẽde arma ⁊ scutũ ⁊ exurge i adiutoriũ mihi. Isto scuto se gaudebat ꝓtectum fuisse idẽ ꝓpheta cũ dicebat. Dñe vt scuto bo. vo. t. co. nos. Quicũq; tali clypeo ꝓtect⁹ fuerit hostiũ cuneos penetrabit secur⁹. Ista est lapis adamãtin⁹ q̃ frãgi nõ p̃t ⁊ cũcta frãgẽtia frãgit. ista ē fort; armat⁹ q̃ inimicũ sua ꝑtute ꝓsternit ⁊ hostẽ suũ neqssimũ cũ oi exercitu suo gladio vtraq; pte acuto ꝓmit ⁊ occidit. Hec amica reg; eterni. nõ timet ĩtrare ad eũ cõfident. Intra lectulũ salomõis ⁊ reqescere dedignat nisi sup pectore xp̃i. Si ĩt nos frẽs dñabit hec regina ꝑtutũ ꝓfecto cognoscẽt oẽs pusilli ⁊ magni q; ꝑfecti⁹ discipuli dñi. Qui nõ hz charitatẽ ĩa nõ est et⁹ q̃ dedit mãdatũ charitat;. Charitas ē dilectio dei ⁊ primi. ⁊ q̃ nõ diligit primũ supest vt nõ diligat deum. ⁊ q̃ non diligit odit. Ergo q̃ odit frẽm suũ odit charitat; auctorẽ. Nos g̃ frẽs q̃s amor xp̃i cõgregauit in vnũ ex toto corde ⁊ ex tota mẽte diligam⁹ dñm xp̃m ⁊ ꝓximã nostruz tanq̃ nosipos ⁊ pilli⁹ amore nõ solũ amicos sz etiã inimicos: nõ tm̃ diligẽtes sz etiã odiẽtes. Hec est scola xp̃i. hec est doctrina spũs sancti Si q̃s de hac scola exierit ⁊ i hac doctrina nõ ꝓfecerauerit. mihi credite frẽs in eternũ ꝓbit. Discipli aũt xp̃i amatoribꝫ charitatis dabit ipa multitudo dulcedis diuitie eterne britudinis: gaudia efine felicitatis. Que gaudia ipe nobis largiri dignetur q̃ in trinitate ꝓfecta regnat ⁊ viuit d⁹ bñdict⁹ p oia secula seculoz. Amẽ.

Dominica. vi. Sermo. vi.

Dixit ei petr⁹. dñe q̃ vadis. ad hec rñdit petr⁹ qõ dñs sup⁹ dixerat q̃ ego vado vos nõ potest; venire. Hec ꝑba q̃ ego vado vos nõ potest; venire. petrus audire nõ potuit sine acerbo dolore. ⁊ iõ nõ ad pñtia. s. mãdatũ nouũ do vob⁹ rc. sz ad ꝑterita. s. q̃ ego vado vos nõ potest; venire. rñ. dicẽs. Dñe q̃ vadis. Sicut eĩm man⁹ sui corpis edocta frequẽter palpat dolorẽ sic lingua cordis amica celare nõ patit ip̃i⁹ cordis amaritudinẽ ⁊ qõ iterus mens cõcipit i dolore lingua exteri⁹ parturit in aptione. vñ nõnũq; vis doloris in mente ꝓcipit: ⁊ p palatũ vocis formate lingua. s. apit. Ideo lingua petri dolorẽ celare nõ poterat quẽ interi⁹ in corde tenebat. Audito q̃ ego vado vos nõ potestis ve. vix postea mgr̃m loquentẽ sustinuit. Vñ expleto de mutua dilectiõe mandato nimio circũseptus dolore de abnũtia futura dñi sui statim ꝑmonẽtãte auctoritatis interrũpit mgr̃i ⁊ tot⁹ exclamat tristis in voce dicens. Dñe q̃ vadis: ac si diceret. Mutuã charitatẽ quã nob⁹ cõmendas illesam ⁊ incontaminatã te donãte seruabimus ⁊ q̃cq̃d aliud ꝑcepis faciemus. Sed istud vex q̃ dixisti. s. q̃ ego vado vos nõ po. ve. nos magna repleuit amaritudine. Et q̃ vadis. cur nos deseris ⁊ cui nos desolatos relinq;s. Jã sine te viuere nolo. noli me derelinq̃re. noli me deserere. Ad quẽ dñs. Quo ego vado nõ potes me mõ seq̃ seqris aũt postea. Et est sensus. Nõ te desero. nõ te derelinq̃. ego te p̃cedo de inuio faciẽs viã. de semita stratã. de timore securitatẽ. de morte vitã. pauid⁹ es. timidus es: nondũ es ꝓfirmat⁹ me mõ nõ potes sequi. Ego te p̃cedã ad opprobriũ ad patibulũ moriẽdo. resurgẽdo. ad celos ascẽdẽdo. nõ es idone⁹ ad p̃miũ: qr nondũ pat⁹ es ad patibulũ. nõ potes sequi vitã: quia pro me nondũ paratus es ad mortẽ. Sed queris aũtẽ postea. Mittam promissum patris spiritũsctm̃ i vobis qui confirmabit vos ⁊ eritis mihi testes in hierlm ⁊ in oi iudea ⁊ samaria ⁊ vsq; ad vltimũ terre. Et tũc me seq̃eris paratus. Cui petr⁹ Quare nõ possum te seq̃ mõ. nõ timeo penam. nõ timeo mortem: tecũ parat⁹ sum ⁊ i carcerem ⁊ in mortem ire. Quid ait q̃ dicis

